A seculo vsq; in seculū respicit: ⁊ nihil est mirabile in cōspectu ei⁹. Non ē dicē. qd est hoc aut qd ē illud: oīa em̄ in tpe suo q̄rēt. Benedictō illi⁹ quasi fluui⁹ inūdabit: et qūo cataclism⁹ aridam ībauit: sic ira ip̄i⁹ gentes q̄ non exq̄sier̄t eum hereditabit. Quō cōuertit aq̄s in siccitatē ⁊ siccata ē terra. et vie illi⁹ vijs illoꝝ directe sūt: sic pctōribo offensiones in ira ei⁹. Bona bonis creata sunt ab initō: sic neq̄ssimis bona et mala. Iniciū nccīe rei vite hoīm: aqua. ignis et ferꝝ: sal. lac. et panis similagine⁹: ⁊ mel: ⁊ botrus vue ⁊ oleum et vestimentum. Hec omnia sanctis in bona: sic ⁊ impijs ⁊ pctōribo in mala conuertent̄. Sunt spūs q̄ ad vindictam creati sunt: ⁊ in furore suo cōfirmauerunt tormenta sua. Et in tpe consūmatōis effundent virtutē: et furorē ei⁹ q̄ fecit illos cōfundent. Ignis. ḡndo. fames ⁊ mors: oīa hec ad vindictam creata sunt. Bestiaꝝ dentes et scorpij et ſpentes et rūphea vindicans in exterminiū impios. In mandatis ei⁹ epulabunt̄ sup̄ t̄ram in nccitate p̄repabunt̄: et in tpibo suis ñ p̄terient verbū. Propterea ab initō cōfirmat⁹ sum ⁊ cōsiliat⁹ sum et cogitaui: et scripta dimisi. Oīa opa dñi bona ⁊ omne op⁹ bora sua sbmīstrabit. Non est dicē: hoc illo neq̄us est: omnia em̄ in tpe suo comprobabuntur. Et nunc in omni cordē ore collaudate: ⁊ bñdicite nomen dñi.

Ca. XL.

Occupatō magna creata est omnibo hoībo: ⁊ iugum ḡue sup̄ filios adaꝫ a die exit⁹ de ventre mr̄is eoꝝ. vsq; in diē sepulture in mr̄em oīm. Cogitatōes eoꝝ et timores cordis: adinuentōes expectatōis: et dies finitōis a p̄sidente sup̄ sedē gloriosam: vsq; ad humiliatū in t̄ram et cinerē: ab eo q̄ vtit̄ iacincto et portat coronaꝫ. vsq; ad eū q̄ opit̄ lino crudo: furor. zelus. tumult⁹. fluctuatō et timor mortis: iracūdia p̄severans et cōtentō: et in tpe refectōis in cubili sōn⁹ noctis īmutauit sciēciam ei⁹. Modicū a t̄ tang̃ nihil in req̄e: et ab eo in sōnis q̄si in die r̄spect⁹. Conf̄but⁹ est ī visu cordis sui: tang̃ q̄ euaserit in die belli. Jn tpe salutis sue exurrexit. ⁊ admirans ad nullū timorē. cum omni carne ab hoīe vsq; ad pecus: ⁊ sup̄ pctōres septuplū. Ad hec mors. sanguis. contentō et rumphea: oppressiones. fames. et cōtritō. et flagella. Super iniquos creata sunt hec omnia: et p̄ter illos factus est cathaclismus. Omnia em̄ que de t̄ra sunt in t̄ram cōuertentur: ⁊ aque omnes in mare conuertentur. Omne munus et iniq̄tas delebit̄: ⁊ fides in seculum stabit. Substancie iniusto; sicut fluuius siccabunt̄: et sicut toni truum magnum in pluuia personabit. In aperiendo man⁹ suas letabit̄: sic p̄uaricatores in consūmatōne tabescent. Nepotes impioꝝ non multiplicabūt ramos: ⁊ radices īmūde sup̄ cacumen petre sonant. Sup̄ oēm aquam viridit̄as: ⁊ ad oram flumīs. ante omne fenū euellet̄. Grā sicut paradisus in bñdictōibo: et misc̄dia in seculo permanet. Vita sibi oparij sufficiens cōdulcabit̄: ⁊ in ea inuenies thesauꝝ. Edificatō ciuitatis confirmabit nomen: ⁊ super hanc mulier immaculata cōputabit̄. Linum et musica letificant cor et sup̄ vtraq; dilectio sapīe. Tibie et psalteriū suauē faciunt melodiam: et sup̄ vtraq; lingua suauis. Grām et spēm desiderabit oculus tu⁹: ⁊ super hoc videris satōnes. Amicus et sodalis in tpe conuenientes: et super vtrosq; mulier cū viro. Fratres in adiutoriū in tpe tribulatōnis: et super eos misc̄dia liberabit. Aur̄ ⁊ argentū constitutō p̄ditū: ⁊ super vtraq; consiliū beneplacitū. Facultates et virtutes exultant cor: ⁊ super hec timor dñi. Nō est in timore dñi minoratō: ⁊ non ē in eo īq̄rē adiutoriū. Timor dñi sicut paradisus bñdictōibo: et super oēm gl'iam operuer̄t illū. Fili in tpe vite tue ne indigeas. Melio⁹ est em̄ mori q̄ indigere. Vir respiciens in mēsam alienam: ñ est vita ei⁹ in cogitatōne vi ct⁹. Alit em̄ aīam suam cibis alienis. Vir aī disciplinat⁹ et eruditus custodiet se. In ore imprudentis condulcabit̄ inopia: et in ventre ei⁹ ignis ardebit.

Ca. XLI.

O Mors q̄ amara est memoria tua hōmini pacem habenti in substancijs suis: viro quieto. et cuius vie directe sunt in omnibo: et adhuc valenti accipere cibum. O mors bonum est iudicium tuū homini indigenti. et q̄ minorat̄ viribo defecto etate ⁊ cui de omnibo cura est: ⁊ incredibili q̄ p̄dit sapīaz. Noli metuere iudiciū mortis. Memto q̄ añ te fuer̄t: et q̄ sup̄uētura sūt tibi hoc iudiciū a dño oī carni ⁊

qui supuenient tibi in bñplacito altissimi: sive decem sive centū sive mille anni. Non est enī in īferno accusatō vite. Filij aboīatōnum. fiūt filij pctōr: et q cōuersanť sec⁹ domos. filior īpior pctōr piet hēditas: ꝛ cū semīe illor assiduitas obprobrij. De pīe impio ḡrunť filij: qm̄ ꝓpť illū sunt ī obprobrio. Ue vob viri impij: q dereliq̄stis legem dñi altissimi. Etsi nati fuēritis ī maledictōe nascemī: etsi mortui fueritis: ī maledictōe erit ps vrā. Oīa q de ťra sunt in ťraz ꝓuertēť: sic impij a maledicto ī pditōem. Luct⁹ hoīm ī corpe ipsor: nom̄ ať īpior delebiť. Curam habe de bono noīe: hoc enī magis pmanebit tibi. q̄ mille thesauri magni ꝛ pcioši. Bone vite numerus diez: bonū autē nomen pmanebit in euū. Disciplīam ī pace cōseruare filij. Sapīa enī absc̄dita ꝛ thesaurus inuisus: q vtilitas in vtrisq; Melior est hō qui absc̄dit stulticiam suam: q̄ hō q absc̄dit sapīam suam. Uerecūdiā reuertimī in bijs: q pcedūt de ore meo. Non est eī bonum oēm irreuerenciam obseruare: ꝛ nō omīa oīb bene placent in fide. Erubescite a pīe et a mīre de fornicatōne: ꝛ a pīsidente ꝛ a potente de mēdacō: a pncipe ꝛ a iudice de delicto a sy̆nagoga ꝛ plebe de iniq̄tate: a socio ꝛ amico de iniusticia. ꝛ de loco in q̄ habitas: de furto: de veritate dei ꝛ testamēto: de discubitu in panibus. et ab obfuscatōne dati et accepti: a salutantib de silentio: a respectu mulieris fornicarie. ꝛ ab auersione vultus cōgti. Ne auertas faciē a primo tuo: ꝛ ab auferendo ptem ꝛ ñ restituendo. Ne respicias mulierē alieni viri: ꝛ ne scruteris ancillā ei⁹: neq; stēteris ad lectū ei⁹. Caue ab amicis de fmonib improperij: et cū deberis ne improperes. ¶ Ca. XLII.

Non duplices sermonē audit⁹ de reuelatōne fmonis absconditi. ꝛ eris vere sine cōfusione ꝛ iuenies grām in ꝓspectu oīm hoīm. Ne p bijs omīb confundaris: et ne accipias psonam vt delinquas. De lege altissimi et testamento. ꝛ de iudicio iustificare impium: de vbo socior et viator. ꝛ de datōne hereditatis amicor. de eq̄litate statere ꝛ pondez. de acq̄sitione multor ꝛ paucor: de corruptione emptōis et negociator ꝛ de multa disciplina filior: ꝛ seruo pessimo latus sanguinare. Super mulierem nequaz: bonum est signum. Ubi manus multe sunt claude: et qcunq; ťdes numera et appende: datū vero et acceptum omne describe. De disciplina insensati ꝛ fatui. et de senioribo q indicanť ab adolescētibo: et eris erudītus in omnib: ꝛ pbabilis in conspectu omnium viror. Filia patris abscondita ê: vigilia et solicitudo eius aufert somnū: ne forte in adolescencia sua adultera efficiať. et cum viro cōmorata odibilis fiat: nequando polluať ī virginitate sua. et in paternis suis g̃uida inueniatur. ne forte cum viro cōmorata trāsgrediať: aut certe sterilis efficiať. Sup filiaz luxuriosam cōfirma custodiam: nequando faciat te ī obprobrium venire inimicis. a detractione in ciuitate et abiectōne plebis: et confundat te in multitudīe pplī. Omni hom̄ noli intendere in specie: et ī medio mulierum noli cōmorari. De vestimentis enī procedit tinea: ꝛ a muliere iniq̄tatis viri. Melius est enī iniq̄tas viri q̄ benefaciens mulier: et mulier confundens in obprobrium. Memor ero igr̄ operum domī: et que vidi annunciabo. In sermonib domī opa eius. Sol illumīans p oīa respexit: et gl̄ia dñi plenum est opus eius. Nōne dñs fecit sanctos enarrare omīa mirabilia sua: que confirmauit dominus omnipotens stabiliri in gloria sua: Abissum ꝛ cor hominum inuestigabit: et ī astucia eor excogitabit. Cognouit enī dñs omnem scientiam. et inspexit ī signum eui: annūcians q̄ preterieť ꝛ q̄ supuentura sunt: reuelans vestigia occultor. Non pterit illū omnis cogitatus: ꝛ non absc̄dit se ab eo vllus sermo. Magn̄lia sapīe sue coronauit. q̄ est ante seculum et vsq; ī seculum: neq; adiectū est neq; minueť: et nō eget alicui⁹ consilio. Quamdesiderabilia omnia opa eius: et tanq̄ scintilla q̄ est considerare. Omnia hec viuunt et manēt ī seculum: et ī omni necessitate omnia obaudiunt ei. Omnia duplicia: vnum contra vnum: et ñ fecit quicq̄ deesse. Uniuscuiusq; ꝓfirmauit bona. Et q̄s saciabiť videns gloriam eius!. ¶ Ca. XLIII.

Altitudinis firmamentum. pulcritudo eius: spēs celi in visione gl̄ie. Sol in aspectu annūcians ī exitu: vas ammirabile. opus excelsi. In meridiano exurit terram: ꝛ in conspectu arboris

eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in opib ardoris. triplī sol exurēs montes: radios igneos exsufflans. ⁊ refulgens: radijs suis obcecat oculos. Magnus dñs q̄ fecit illū: ⁊ in ꝓmonib ei⁹ festinauit iter. Et luna ī oīb in tpe suo: oñsio tpis ⁊ signū eui. A luna signū diei festi: lumīare q̄ minuit in ꝯsūmatōne. Mens ꝓm nomē ei⁹ ē: crescēs admirabil'r ī ꝯsūmatōez. Alas castroꝝ ī excelso: in firmamēto celi resplendens gl'iose. Ornās celi gl'ia stellaꝝ: mundū illumīans ī excelso dñs. In verb sc̄i stabūt ad iudiciū ⁊ ñ deficiēt in vigilijs suis. Alide arcū: ⁊ bñdic eū q̄ fecit illū. Valde speciosꝰ ē in splendore suo. Girauit celū in circuitu gl'ie sue: manꝰ excelsi aperūt illū. Impio suo accelerauit niuē: ⁊ accelerat coruscatōnes emittē iudicij sui. Propterea apti sūt thesauri ⁊ euolauerūt nebule sicut aues. In magnitudīe sua posuit nubes: ⁊ ꝯfracti sūt lapides grādinis. In cōspectu eiꝰ cōmouebunt mōtes: ⁊ in volūtate eiꝰ aspirauit notus. Aquilo tonitrui eiꝰ ꝺberauit ira: tēpestas aq̄lonis ⁊ cōgregatō spūs: ⁊ sicut auis deponēs ad sedendū. aspgit niuē: ⁊ sicut locusta demergēs descēsus eiꝰ. Pulcritudīez cādoris eiꝰ āmirabit ocul⁹: et sup imbrē eiꝰ expauescit cor. Gelu sicut salē effundet sup ram: ⁊ dū flauerit fiet tanq̄ cacumīa tribuli. Frigidꝰ vētꝰ aq̄lo flauit: ⁊ gelauit cristallus ab aq̄. Sup oēm cōgregatōez aq̄ę req̄escet: ⁊ sicut lorica induet se aq̄s. Et devorabit mōtes ⁊ exuret desertū: ⁊ extinguet virīde sicut ignē. Medicīa oīm in festinatōe nebule: et ros obuians ab ardore. venienti humilē efficiet eū. In ꝓmone eiꝰ siluit ventꝰ: ⁊ cogitatōne sua placauit abyssū: ⁊ plātauit illū dñs ibs. Qui navigāt mar enarrāt picula eiꝰ ⁊ audiētes auribꝰ nr̄is āmirabamur. Illic p̄clara opa ⁊ mirabilia varia bestiaꝝ genera ⁊ oīm pecoꝝ. ⁊ creatura belluaꝝ. Propt ipm cōfirmatꝰ ē itineris finis ⁊ in ꝓmone eiꝰ cōposita sunt oīa. Multa dicem⁹ ⁊ deficiēꝰ verb: consūmatō aī ꝓmonū: ipse ē in oīb. Gloriantes. ad q̄d valebim⁹? Ipse enī omnipotens sup oīa opa sua. Terribilis dñs ⁊ magnꝰ vehemēt: ⁊ mirabil' potentia ipi⁹. Glorificantes dñm. q̄ntūcunq̄ potueritis supualebit adhuc: ⁊ āmirabilis magnificentia eiꝰ. Oñdicentes dñm exaltate illū q̄ntū potestis: maior ē eī oī laude.

Exaltantes eum replemini virtute. Ne laboretis: ñ enī comprehēdetis. Quis videbit eū: ⁊ enarrabit? Et q̄s magnificabit eū sicut ē ab initō? Multa absc̄ōdita sūt maiora hijs Pauca enī vidim⁹ opm eiꝰ. Omia aī dñs fecit: ⁊ pie agētib dedit sapiam. Ysa. XLIIII

Laudem⁹ viros gloriosos: ⁊ patres nr̄os in generatōne sua. Multam gl'iam fecit dñs magnificentia sua a seculo. Dominantes in potestatib suis: hōmines magni virtute ⁊ prudentia sua p̄diti: nūciantes in ꝓphetis dignitatem ꝓphetarum et imperantes in plō. ⁊ virtute prudentie ꝓpl'is sanctissima verba. In puericia sua req̄rentes modos musicos: ⁊ narrantes carmina scripturaꝝ. Homines diuites in virtute: pulcritudinis studium habentes: pacificantes in domib suis. Omēs isti in generatōib gentis sue gloriam adepti sūt: et in diebꝰ suis habent̄ laudib. Qui de illis nati sunt: reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Et sunt quorum ñ est memoria. Perierunt quasi q̄ non fuerint: et nati sunt q̄si q̄ nō nati: ⁊ filij ipsoꝝ cū ipsis. Sed illi viri misericordie sunt: quoꝝ pietates non defecerūt. Et cū semine eoꝝ p̄manēt bona: hereditas sc̄a nepotes eoꝝ. Et in testamentis stetit semen eoꝝ: et filij eoꝝ ꝓpter illos vsq̄ ineternū manent. Semen eoꝝ ⁊ gl'ia eoꝝ ñ derelīquet̄. Corpora ipsoꝝ in pace sepulta sunt: et nomen eoꝝ viuet in generatōnem et generatōem. Sapiam ipsoꝝ narrent ꝓpl'i: et laudem eorum nūciet ecclesia. Enoch placuit deo: et trāslatus est in paradisum vt det gentibus sapientiam. Noe inuentꝰ est perfectus iustꝰ: et in tpe iracundie factus est recōciliatio. Ideo dimissum ē reliquū terre: cū factū est diluuium. Testamenta seculi posita sunt apud illum: ne deleri possit diluuio omis caro. Abraham magnus pater multitudinis gentium: et non est inuentus similis illi in gloria. Qui conseruauit legem excelsi: et fuit in testamento cum illo. In carne eius stare fecit testamentum: ⁊ in temptatōne inuentꝰ est fidelis. Ideo iureiurando dedit illi gl'iam in gente sua: crescē illū q̄si terre cumulū ⁊ vt stellas exaltare semē eiꝰ et hereditare illos a mari vsq̄ ad mare: et a flumine vsq̄ ad terminos terre. Et ysaac fecit eodem modo: propter abraham

patrem eius. Benedictionē omnium gentiū dedit illi dñs: ⁊ testamentū suū confirmauit sup caput iacob. Agnouit eū in bñdictōibus suis: ⁊ dedit illi hereditatem: ⁊ diuisit illi ptem in tribubus duodecim. Et ꝓfuauit illi boues miscōie: inuenientes grām in conspectu omnis carnis. ℂa. XLV.

Dilect⁹ deo ⁊ hoībus moyses: cui⁹ memoria in benedictōne est. Similez illū fecit in gloria sctōꝝ: et magnificauit eū in timore inimicoꝝ: ⁊ in ōbis suis mōstra placauit. Glorificauit illū in cōspectu regū: et iussit illi coram pl'o suo: et oñdit illi gl'iam suā. In fide ⁊ lenitate ipi⁹ sctm fecit illū: et elegit eū ex omni carne. Audiuit em eū ⁊ vocem ipsi⁹: ⁊ eduxit illū in nube. Et dedit illi coꝝ ad ꝓcepta ⁊ legem vite ⁊ disciplīne: docē iacob testamtū suū: ⁊ iudicia sua isrl'. Excelsū fecit aaron frem suū: ⁊ sil'em sibi de tribu leui. Statuit illi testamtū eternū: ⁊ dedit illi sacerdotiū gētis: ⁊ bñficauit illū in gl'ia. Et circūcinxit eū sona iustīcie: ⁊ induit eaz stolam gl'ie: ⁊ coronauit eū in vasꝰ ōtutis. Circūpedes ⁊ femoralia ⁊ humerale posuit ei: ⁊ cīxit illū tītinabul' aureis plurimis ī giro: ꝺ are sonitū in incensu suo: auditū facē sonitū in templo ī memoriam filijs gētis sue. Stola sct̄a auro ⁊ iacincto et purpura op⁹ textile viri sapientis iudicio et veritate prediti. Torto cocco op⁹ artificis. gēmis ꝓciosis figuratis. ī ligatura auri ⁊ ope lapidarij sculptis in memoriaz: fm numeꝝ tribuū isrl'. Corona aurea sup mitram ei⁹ expssa signo sctitatis: gl'ia bonoris et op⁹ virtutis: desiderio oculoꝝ ornata. Hic pulc̄ante ipsum non fuerꝰ talia: vsq; ad orientē. Non est īdut⁹ illa alienigena aliq̄s: sed tm̄ filij ipsi⁹ soli et nepotes ei⁹ p omne temp⁹. Sacrificia ipsi⁹ ꝓsūmata sunt igni quotidie. Compleuit moyses man⁹ ei⁹: ⁊ vnxit illum oleo sctō. Factū est illi in testamentū eternū et semini ei⁹ sicut dies celi: fungi sacerdotio et hze laudem: et glorificare pl'm suum in noīe suo. Ipsum elegit ab omni viuente: offerre sacrificiū deo. incensū ⁊ bonū odorem: in memoriam placare ꝑ pl'o suo. Et dedit illi in ꝓceptis suis pt̄atem: ī testamtis iudicioꝝ docere iacob testimonia: ⁊ in lege sua lucē dare isrl'. Quia cont̄ illū steterꝰt alieni: ⁊ ꝓpter inuidiaz circūdederꝰt illū homines in deserto qui erant cū dathan. et abiron: et congregatō choze in iracundia. Vidit dñs de⁹ et nō placuit illi: ⁊ cōsumpti sunt in impetu iracūdie. Fecit illis mōstra ⁊ ꝓsumpsit illos in flāma ignis. Et addidit aaron gl'iaz: ⁊ dedit illi hereditatē ⁊ primicias frugū terre dimisit illi. Panem ipsi⁹ ī primis pauit in sacietatē: nam ⁊ sacrificia dñi edent: q̄ dedit illi ⁊ semini ei⁹. Cetērum inter gentes ñ hereditabit: et ps non ē illi in gente. Ipse est em̄ ps eius et hereditas. Phinees fili⁹ eleazari terci⁹ in gloria imitando eū in timore dei ⁊ stare ī reuerencia gentis: in bonitate ⁊ alacritate anime sue placuit deo isrl'. Ideo statuit illi testamtū pacis: et pncipem sanctoꝝ et gentis sue: vt sit illi et semini ei⁹ sacerdotij dignitas inēternū. Et testamētū dauid regis filio yesse de tribu iuda: hereditas ipsi ⁊ semī eius vt daret sapiam in coꝝ nr̄m iudicare gentem suam in iusticia ne abolerent̄ bona ipsoꝝ et gloriam ipsoꝝ ī gentem eoꝝ eternam fecit. ℂa. XLVI.

Fortis in bello iēus naue successor moysi in ꝓphetis: q̄ fuit magn⁹ fm nomen suū. maxim⁹ ī salutē electorum dei: expugnare īsurgentes hostes vt cōseq̄rer̄ hereditatē isrl'. Quam gl'iam adept⁹ est in tollendo man⁹ suas: ⁊ iactando cont̄ ciuitates rūpheas. Quis ante illū sic restitit? Nam hostes ipse dñs pcussit. Aut ñ in iracundia ei⁹ impedit⁹ est sol ⁊ vna dies facta est quasi duo? Inuocauit altissimū potentem ī oppugnādo īimicos vndiq;: ⁊ audiuit illū magnus et sanct⁹ deus. in saxis gndis virtutis valde fortis. Impetū fecit ꝓtra gentem hostilē ⁊ ī descensu pdidit ꝓtrios: vt cognoscant gētes potētiam ei⁹: q̄ cont̄ deū pugnare ñ est facile: ⁊ secut⁹ est a tergo potentes. Et in diebus moysi misericordiam fecit ipse ⁊ caleph filius iephone. stare ꝓtra hostē: et phibē gentē a peccatis: ⁊ pstringē malicie. Et ipsi duo ꝓstituti. a piculo liberati sunt a numero sexcentoꝝ miliū pditū: inducē illos in hereditatem: ī terra q̄ manat lac et mel. Et dedit dñs ipsi caleph fortitudinem: et vsq; in senectutē pmansit illi virtus. vt ascenderet in excelsum terre locū: ⁊ semen ipsius obtinuit hereditatē.

Et viderunt omnes filij israel: quoniam bonum est obsequi sancto deo. Et iudices singuli suo nomine: quorum non est corruptum cor: qui non auersi sunt a domino: vt sit memoria illorum in benedictione. Et ossa eorum pullulent de loco suo: et nomen eorum permanet in eternum: permanente ad filios illorum sanctorum virorum gloria. Dilectus a deo suo samuel propheta domini renouauit imperium: et unxit principes in gente sua. In lege domini congregationem iudicauit: et vidit deum iacob: et in fide sua probatus est propheta. Et cognitus est in verbis suis fidelis: quoniam vidit deum lucis. Et inuocauit dominum omnipotentem in oppugnando hostes circumstantes undique: in oblatione uiri inuiolati. Et intonuit de celo dominus in sonitu magno auditam fecit uocem suam: et contriuit principes tyriorum et omnes duces philistijm. Et ante tempus finis uite sue et sancti testimonium prebuit in conspectu domini et christi: pecunias et usque ad calciamenta ab omni carne non accepit: et non accusauit illum homo. Et post hoc dormiuit. et notum fecit regi et ostendit illi finem uite sue: et exaltauit uocem eius de terra in prophecia delere impietatem gentis.

¶ Capitulum. .XLVII.

POst hec surrexit nathan propheta in diebus dauid. Et quasi adeps separatus a carne: sic dauid a filijs israel. Cum leonibus lusit quasi cum agnis: et in ursis silr fecit sicut in agnis ouium. In iuuentute sua nunquid non occidit gigantem et abstulit opprobrium de gente? In tollendo manum in saxo funde deiecit exultationem golie: ubi inuocauit dominum omnipotentem. Et dedit in dextram eius tollere hoiem fortem in bello: et exaltare cornu gentis sue. Sic in decem milibus glorificauit eum: et laudauit illum in benedictionibus domini: in offerendo illi coronam glie. Contriuit enim inimicos undique: et extirpauit philistijm usque in hodiernam die. Contriuit cornu ipsorum usque in eternum. In omni ope dedit confessionem sancto: et excelso in verbo glie. De omni corde suo laudauit dominum: et dilexit eum qui fecit illum: et dedit illi contra inimicos potentias Et stare fecit cantores contra altare: et in sono eorum dulces fecit melodias. Et dedit in celebrationibus decor: et ornauit tempora usque ad consummationem uite: vt laudarent nomen sanctum domini et amplificarent mane dei sanctitatem. Christus purgauit peccata illius: et exaltauit in eternum cornu eius. Et dedit in testamentum regni: et sedem glie in israel. Post ipsum surrexit filius ei⁹ sensatus: et propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum. Salomon imperauit in diebus pacis: cui subiecit deus omnes hostes vt conderet domum in nomine suo: et paret sanctitatem in sempiternum quemadmodum erudit⁹ es in iuuentute sua. Et implet⁹ est quasi flumen sapia: et terram retexit anima sua. Et replesti in proprijs enigmata: ad insulas longe deuulgatum est nomen tuum: et dilect⁹ es in pace tua. In canticis et in prouerbijs et proprijs et interpretationibus miratę sunt terre: et in nomine domini cui est cognomen deus israel. Congregasti quasi auricalcum aurum: et vt plumbum complesti argentum: et inclinasti femora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. Dedisti maculam in gloria tua: et prophanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos et in cetaris stultitiam tuam: vt faceres impium bipartitum et ex effraim impare impium dux. Deus autem non derelinquet misericordiam suam et non corrumpet neque delebit opa sua: neque perdet a stirpe nepotes electi sui: et semen eius⁹q diligit dominum non corrumpet. Dedit autem reliquum iacob et dauid de ipsa stirpe: et finem habuit salomon cum patribus suis. Et dereliquit pro se de semine suo gentis stulticiam et minutum a prudentia roboam: quem auertit gentem consilio suo: et hieroboam filium nabath qui peccare fecit israel: et dedit viam peccandi effraim: et plurima redundauerunt peccata ipsorum. Valde enim auertere est illos a terra sua. Et quasi uit omnes negocias usquedum ueniret ad illos defensio: et ab omnibus peccatis liberauit eos.

¶ Capitulum. .XLVIII.

ET surrexit helias propheta quasi ignis: et verbum ipius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem: imitatores illum in vita sua pauci facti sunt. Non enim poterant sustinere precepta domini. In verbo domini coti nuit celum: et deiecit a se ignem terre. Sic amplificat⁹ est helias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter gloriari tibi? Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in uerbo domini dei: quem deiecisti reges ad perniciem. et confregisti facile potentias ipsorum: et gloriosos de lecto suo. Qui audis in syna iudicium: et in oreb iudicia defensionis. Qui unxis reges ad penitentiam: et prophetas facis successores tuos post te. Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum: qui inscript⁹ es in iudicijs temporum. lenire iracundiam domini: conciliare cor patris ad filium:

et restituere tribꝰ iacob. Beati sunt qui te viderūt: et in amicicia tua decorati sūt. Naz nos vita viuim⁹ tm̄: p⁹ morte aūt ñ erit tale nom̄ nr̄m. Helias q̄ in turbine rect⁹ est: et ī heliseo ꝓplet⁹ ē spūs ei⁹. In diebꝰ suis ñ timuit pr̄cipem: et potētia nēo vincit illū. Nec supauit illū verbū aliqđ: et mortuū ꝓphauit corpus eius. In vita sua fecit mōstra: et in morte opat⁹ est mirabilia. In omn̄ibꝰ istis ñ penituit ꝓphm̄ et ñ recessert a pcīis suis: vsqz dū abiecti sunt ỏ terra sua et dispsi sūt in omnē terrā: et relicta ē gens ppauca: et pr̄ceps in domo dauid. Quidā ipsoꝝ fecerūt qđ placeret deo: alij aūt mlta ꝓmiserūt pcīa. Ezechias muniuit ciuitatez suā et induxit ī mediū ei⁹ aquā: et fodit ferro rupē: et edificauit ad aquā puteuz. In diebꝰ ipi⁹ ascēdit sēnacherib et misit rapsacen et sustulit manū suā ꝓ illos: et extulit manū suā in sion: et supbꝰ fact⁹ ē potētia sua. Tūc mota sūt corda et man⁹ ipsoꝝ: et doluerūt q̄si parturiētes mlieres. Et inuocauerūt dn̄m misericordē: et expandētes manus suas extulerūt ad celū: et sctus dn̄s de⁹ exaudiuit cito voce ipoꝝ. Nō ē ꝓmēorat⁹ pcīoꝝ ipsoꝝ: neqz dedit illos inimicis suis: sed purgauit illos in manu ysaie scti ꝓphe. Deiecit castra assirioꝝ: et ꝓtriuit illos angel⁹ dn̄i. Nam fecit ezechias qđ placuit deo: et fortit iuit in via dauid p̄tis sui quā mādauit illi ysaias ꝓpha magn⁹ et fidel in ꝓspectu dei. In diebꝰ ipsi⁹ retro redijt sol: et addidit regi vitā. Spū magō vidit vltima: et ꝓsolat⁹ est lugētes sion: vsqz in sempiternū. Oñdit futura et abscōdita: antez q̄z euenirent.

¶ Capitulum. .XLIX.

Memoria iosie ī ꝓpositōe odoris facta: opus pigmētarij. In omi ore q̄si mel indulcabit ei⁹ mēoria: et vt musica ī puinio vini. Ipe ē direct⁹ diuinitus ī penitētia gētis: et tulit abomiatōnes impietatis: et ad dn̄m gubnauit cor ipsi⁹: et ī diebꝰ pcīoꝝ corroborauit ipietatē. Pre ter dauid et ezechiā et iosiā oēs pcīm ꝓmiserūt: nam reliquerūt legē altissimi reges iuda: et ptēserūt timorē dei. Dederūt em̄ regnū suū alijs et glīaz suā alienigene genti. Incēderūt electā ciuitatē sctitatis: et dextas fecerūt vias ipsi⁹ in manu hieremie. Nam male ctauerūt illū: q̄ a vētre mr̄is ꝓsect⁹ est ꝓpheta. euertere et perdere et itez edificare et ñnouare. Ezechiel q̄ vidit ꝓspectū glīe: quā oñdit illi ī curru cherubin. Naz ꝓmēorat⁹ est inimicoꝝ in ymbre: bñfacere illis qui oñderūt rectas vias. Et duodecī ꝓphaz ossa pullulāt de loco suo. Nam corroborauerunt iacob: et redemerūt se in fide virtutis. Quō amplificem⁹ zorobabel: Nā et ipse q̄si signū in dext̄ manu isrl. Et ihesuz filiū iosedech: Qui ī diebꝰ suis edificauerūt domū: et exaltauerūt tēplū sctm dn̄o: paratū in glīaz sempiternā. Et neemias ī mēoria multi tpis: q̄ erexit nob muros eversos: et stare fecit portas et seras: q̄ erexit domos nr̄as. Nēo natus est ī terra qualis enoch: nam et ipse recept⁹ ē a terra. Et ioseph q̄ nat⁹ est hō pr̄ceps fr̄m. firmamētū gētis. rector fr̄m. stabilimentū ꝓphī: et ossa ipsi⁹ visitata sunt: et post morte ꝓphauerūt. Seth: et sem apud hoīes glīaz adepti sūt: et sup omnē animaz in origine Adam.

¶ Capitulum. .L.

Symeon onie fili⁹ sacerdos magn⁹ qui in vita sua suffulsit domū: et in diebꝰ suis corroborauit tēpluz. Templi eciam altitudo ab ipso fundata est: duplex edificatō: et excelsi parietes templi. In diebꝰ ipsi⁹ emanauerūt putei aqz: et q̄si mare adimpleti sunt sup̄ moduz. Qui curauit gentē suā: et liberauit eā a pditōe. Qui pualuit amplificare ciuitatē: qui acceptus est glīaz ī quersatōe gētis: et ingressum dom⁹ et atrij amplificauit. Quasi stella matutina in medio nebule: et q̄si luna plena ī diebꝰ suis lucet: et q̄si sol refulgēs. sic ille effulsit in tēplo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas glīe: et q̄si flos rosaz in diebꝰ vernis: et quasi lilia q̄ sunt in trās̄itu aque: et quasi th⁹ redolens in diebꝰ estatis. Quasi ignis effulgēs et thus ardēs in igne: q̄si vas auri solidū ornatum oñi lapide pr̄cioso. Quasi oliua pullulans: et cipr̄essus in altitudine se extollēs. In accipiendo ipsaz stolā glīe et vestiri eū in ꝓfūmatōne virtutis: in ascēsu altaris sancti gloriā dedit sanctitatis amictuz. In accipiendo aūt partes de manu sacerdotū et ipse stans iuxta aram: et circa illū corona fratrū q̄si plantatō cedri in mōte libano: sic circa illum stetērūt quasi rami palme et

omnes filij aaron in gl̃ia sua. Oblatio aũt dñi in manib⁹ ipsoꝝ coraz omĩ sy̓nagoga isrl̃: ꝙ ꝓsũmatõne fungẽs in ara. ãplificare oblatõnẽ excelsi regis porrexit manum suam in libatõz: ꝙ libauit ỏ sanguĩe vue. Effudit in fundamẽta altaris odorẽ diuinum excelso pr̃icipi. Tũc exclamauer̃t filij aaron: ꝙ ĩ tub⁹ productilib⁹ sonuer̃t: ꝙ auditam feceř vocẽ magnã in mẽoriaz coram deo. Tũc oĩs ꝑ̃ls sil̃ perauer̃t: ꝙ ceciderũt in faciẽ sup̃ terrã adorare dñm deũ suũ: ꝙ dare p̃ces omĩpotẽti deo excelso. Et ãplificauer̃t psallẽtes in vocib⁹ suis et ĩ magna domo fact⁹ est sonus suauitatis plen⁹. Et rogauit ꝑ̃ls dñm excelsuz ĩ p̃ce vsq; dũ pficereť honor dñi: ꝙ mun⁹ suũ pfecerunt. Tũc descendẽs. man⁹ suas extulit in omnẽ ꝯgregatõnẽ filioꝝ isrl̃: dare gl̃iaz deo a labijs suis: ꝙ in noĩe ipsi⁹ gl̃ari. Et iterauit oz̃onez suaz: volẽs oñdere virtutẽ dei. Et post rursũ pl⁹orauit deũ oĩm: q̃ magn̄ fecit in omni terra: q̃ auxit dies nr̃os a ventre mr̃is nr̃e: ꝙ fecit nobiscũ ꝑm suam miseri-
cordiã: det nobis iocũditatẽ cordis ꝙ fieri pacẽ in diebꝰ nr̃is in isrl̃ ꝑ dies sempit̃nos: credere isrl̃ miscoiaz dei esse nobiscũ. vt liberet nos in diebꝰ suis. Duas gentes odit aĩa mea: tercia aũt nõ est gens quã oderim. Qui sedẽt ĩ mõte seyr ꝙ philistijm: et stult⁹ ꝑ̃ls qui habitat in sichimis. Doctrinã sapiẽtie ꝙ disciplĩe scripsit in codice isto ihesus filius sy̓rach hierosolimita: qui renouauit sapientiã de corde suo. Beatus qui in istis versatur bonis. Qui ponit illa in corde suo: sapiens erit semp. Hi enĩ hec fecerit ad oĩa valebit: qr lux dei vestigium eius est.

¶ Oratio Ihesu filij Sy̓rach.

Confitebor tibi dñe rex: et collaudabo te deũ saluatorẽ meũ. Confitebor nomĩ tuo q̃m adiutor ꝙ protector fact⁹es mihi: ꝙ liberasti corp⁹ meũ a pditõe. a laqueo lingue inique: et a labijs operantiũ mendaciũ: ꝙ in ꝓspectu astantiũ fact⁹es mihi adiutor. Et liberasti me ꝑm mlt̃itudinẽ miscoie nomĩs tui a rugiẽtibꝰ preparatis ad escam. de manib⁹ querentiũ animã meaz: et de mlt̃is tribulatõib⁹ que circũdederũt me: a pressura flãme q̃ circundedit me: ꝙ in medio ignis nõ suz estuat⁹.

De altitudine ventris inferi et a lingua coinq̃nata et a verbo mẽdacij: a rege iniquo: ꝙ a lingua iniusta. Laudabit vsq; ad mortez aĩa mea dñm: et vita mea appropinq̃ns erat ĩ inferno deorsum. Circũdederũt me vndiq;: et ñ erat q̃ adiuuaret. Respiciens erã adiutoriũ hominũ: ꝙ nõ erat. Memorar⁹ sum miscoie tue dñe et coopationis tue que a secl̃o sunt: qm̃ eruis sustinentes te dñe: ꝙ liberas eos de manu gentiũ. Exaltasti sup̃ terrã habitatõnẽ meã: ꝙ pro morte defluẽti deprecat⁹ suz. Inuocaui dñm ꝑ̃z dñi mei: vt ñ derelinq̃t me in die tribl̃ationis mee: ꝙ in tpe sup̃bor̃ sine adiutorio. Laudabo nomẽ tuũ assidue: et collaudabo illud in ꝓfessione: ꝙ exaudita est or̃o mea. Et liberasti me de pditõne: et eripuisti me de tpe iniq̃. Propterea ꝓfitebor et laudẽ dicã tibi: ꝙ bñdicã nomĩ dñi. Cũ adhuc iunior sum. priusq̃ oberrarez quesiui sapiẽtiaz palã in or̃one mea: ante tp̃us postl̃abaz pro illa: et vsq; in nouissimis inquirã eam: et florebit tanq̃ precor vua. Letatũ est cor meũ in ea: ambulauit pes meus iter rectũ: in iuuẽtute mea inuestigabã eam. Inclinaui modice aurẽ meã et excepi illã. Multã inueni in memetipso sapientiã: et multũ ꝓfeci in ea. Danti mihi sapientiã dabo gl̃iaz. Consiliatus sum enĩ vt facerẽ illam: zelat⁹ sum bonũ ꝙ nõ ꝓfundar. Colluctata est aĩa mea in illa: et in faciẽdo eam ꝓfirmatus sum. Man⁹ meas extẽdi ĩ altũ: et ĩ sapiẽtia eius luxit aĩa mea: et ignorãtias meas illuĩauit. Animã meaz direxi ad illã: ꝙ in agnitõez inueni eam. Possedi cũ ipsa cor ab inicõ: propter hoc non delinquar. Venter meus ꝓturbat⁹ est querẽdo illam: ꝓterea bonã possidebo possessionẽ. Dedit enĩ mihi dñs linguã mercedẽ meaz: ꝙ ĩ ipsa laudabo eũ. Appropiate ad me indocti: ꝙ ꝯgregate vos ad domuz disciplĩne. Quid adhuc tardatis: et q̃d dicitis ĩ hijs: Aĩe vr̃e sitiũt vehemenť. Aperui os meum: ꝙ locut⁹ sum. Cõparate vobis sine argento sapientiã: ꝙ collũ vr̃m subicite iugo eius: et suscipiat aĩa vr̃a disciplinã. In ꝓximo est enĩ inuenire eam. Videte oculi vr̃is q; modicum laborauí: ꝙ inueni mihi multã requiẽ. Assumite disciplinã in mlt̃o nũero argẽti: et copiosũ aur̃ possidete ĩ ea. Letet̃ aĩa vr̃a

in misericordia eius ⁊ non confundemini in laude eius. Operamini opus vestr̃ ante tempus: et dabit vobis mercedem vestraz in tempore suo.

¶ Explicit liber ecclĩasticus. Incipit oratio salomonis.

ET inclinauit Salomon genua sua in conspectu tocius ecclesie israhel: et aperuit manus suas ad celuz: ⁊ dixit. Domine deus israhel nõ est tibi similis deus in celo sursum neq̃ in terra deorsum. Qui custodis testamentũ tuum et misericordiã pueris tuis euntibo in conspectu tuo in toto corde. seruãs puero tuo dauid que locut⁹ es illi: ⁊ locutus es in ore tuo ⁊ in manu tua implesti. quasi dies iste. Et nunc dñe deus israhel custodi puero tuo dauid pr̃i meo: que locutus es illi: dicens. Non deerit tibi vir a facie mea sedens in throno israhel. Ueruntñ si custodierint filij tui legẽ meã: et in preceptis meis ambulent: sicut ambulauerũt in cõspectu meo fideles. Et nũc dñe deus israhel creditũ est verbum qð locutus es puero tuo dauid: qm̃ si vere habitauit deus cum homĩbo in terra. Si celoz celi nõ sufficiant tibi: q̃ntomagis domus hec quã edificaui. Sed respicias ad oz̃onẽ serui tui: ⁊ dep̃cationẽ ei⁹: vt exaudias dñe placatõnẽ oz̃onis: quã puer tu⁹ orat coram te hodie: vt sint oculi tui super domum hanc die ac nocte: in locum quez dixisti. inuocare nomẽ tuum: et exaudias oz̃onem quã puer tuus orat in hoc loco: et exaudias deprecationẽ pueri tui ⁊ pp̃li tui israhel. si orauerĩt in loco isto: et exaudias in loco habitatõis de celo ⁊ exaudias et propicius sis: si peccauerit vir in te.

¶ Explicit oratio Salomonis. Incipit prologus in ysaiam prophetam.

Emo cum prophetas versibo viderit esse descriptos metro eos estimet apud hebreos ligari: et aliquid simile hñe de psalmis vel operibo salomonis. Sed quod in demostene et tullio solet fieri: vt per cola scribanť et comata: q̃ vtiq̃ prosa ⁊ ñ versibo ꝓscripserũt. Nos qð vtilitati legentiũ prouidẽtes: interp̃tationem nouam nouo scribendi genere distinxim⁹. Ac primũ de ysaia sciendũ q̃ in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobil̃ et vrbane elegantie: nec hñs quicq̃ in eloquio rusticitatis admixtũ. Unde accidit: vt pre ceteris florẽ sermonis eius ẽnslatõ nõ potuerit ꝓfuare. Deinde eciã hoc adiciendũ: q̃ nõ tam pp̃ha dicẽdus sit q̃ euãgelista. Ita em̃ vniuersa xp̃i ecclieq̃ miste ria ab liquidũ psecutus est: vt ñ eũ putes de futuro vaticinari: sed de p̃teritis historiã texere. Unde conitio noluisse tũc tpis septuaginta int̃pres fidei sue sacmenta pspicue ethnicis prodẽ. ne scĩm canibo: et margaritas porcis darẽt: qui hanc editionem legeritis ab illis anĩaduertetis abscõdita. Nec ignoro q̃nti laboris sit pp̃has intelligere: nec facile quẽpiam posse iudicare de interpretatõne: nisi intellexerit añ que legerit. Nos qð patere morsibo plurimoz: qui stimulãte inuidia qð ꝑsequi non valent despiciũt. Sciẽs g̃ ⁊ prudẽs in flãmam mitto manũ: ⁊ nihilomln⁹ hoc a fastidiosis lectoribo preco: vt quõ greci post septuaginta ẽnslatores aquilã ⁊ sym̃achũ ⁊ theodocionẽ legũt: vel ob studiũ doctrine sue: vel vt septuaginta magis ex collatione eoz intelligãt: sic ⁊ isti saltẽ vnũ p⁹ priores hñe dignenť interpretẽ. Legãt pri⁹ et postea despiciãt: ne videanť nõ ex iudicio: sed ex odij preluptõne ignorata dãnare. Prophetauit aũt ysaias in ihr̃lm et in iudea nedũ decẽ tribubo ĩ captiuitatẽ ductis: ac ð vtroq̃ reg̃ nũc ꝑmixtĩ nũc separatĩ texit oraculũ. Et cũ int̃dũ ad p̃ntẽ r̃spiciat historiã: ⁊ post babilonie captiuitatẽ reditũ pp̃li significet in iudeã: tñ omis ei⁹ cura de vocatõne gentiũ ⁊ de aduentu xp̃i est. Quẽ quãtoplus amatis o paula ⁊ eustochiũ. tantomagis ab eo petite: vt p obtrectatõne p̃nti qua me indesinẽt̃r emuli laniant. ipse mihi mercedẽ restituat in futuro: qui scit me ob hoc in pegrine lingue eruditõe sudasse: ne iudei de falsitate scriptura⁊ ecclĩjs eius diuti⁹ insultarent.

¶ Explicit plogus Incipit ysaias pp̃a.

Isio ysaie filij amos: quã vidit super iudã et hierusalez ĩ diebo ozie. ioathan. achaz et ezechie regum iuda. Audite celi ⁊ auribus pcipe tra: qm̃ dñs locutus

plagas

est. Filios enutriui ꝙ exaltaui: ipsi aꝫ spre
uerũt me. Cognouit bos possessorẽ suũ: et
azin⁹ ꝑsepe dñi sui. Isrl aꝫ me ñ ꝯgnuit: et
ꝑplus me⁹ ñ intellexit. Ele gẽti peccatrici:
ꝑplo gui iniqtate. semi nequa. filijs scelera-
tis. Dereliqrunt dñm: blasphemaueꝛt sctm
isrl: abalienati sũt retrorsũ. Sup q̃ pcu-
ciam vos vlt: addẽtes ꝓuaricatiões? Omne
caput lãguidũ: ꝙ oñe cor merẽs. A plãta
pedis vsq; ad verticẽ: ñ est in eo sanitas.
Vuln⁹ ꝙ liuor ꝙ plaga tumẽs: ñ ẽ circũliga
ta: nec curata medicamĩe: neq; fota oleo.
Terra vra deserta: ciuitates vestre succẽse
igni. Regiones vras cora vob alieni deuo-
rãt: ꝙ desolabit sicut ĩ vastitate hostili. Et
derelinquet filia syon vt umbraculũ in vi-
nea: ꝙ sicut tuguriũ in cucũerario ꝙ sic ci-
uitas q̃ vastab. Nisi dñs exercituũ reliq̃s-
set nob semẽ q̃si sodoma fuissem⁹: ꝙ q̃si go
morra silles essem⁹. Audite verbũ dñi pri-
cipes sodomor: percipite auribo legẽ dei vri
ꝑplus gomorre. Quo mihi mltitudinẽ vi-
ctimar vrar dicit dñs: Plen⁹ sũ. Holocau-
sta arietũ ꝙ adipẽ pinguiũ ꝙ sanguinẽ vi-
tlor ꝙ agnor ꝙ hircor nolui. Cũ venire-
tis añ ꝑspectũ meuz: q̃s q̃siuit hec de ma-
nibo vris: vt ambularetis ĩ atrijs meis: Ne
offeratis vltr sacrificiũ frustra. Incensum
abominatõ est mihi. Neomenias ꝙ sabbatũ
et festiuitates alias ñ ferã. Iniq̃ sunt cet⁹
vri. kl̃as vras ꝙ solennitates vras odiuit
aia mea. Facta sũt mihi molesta. Labo-
raui sustinẽs. Et cũ extẽderitis man⁹ ve-
stras auertã ocl̃os meos a vob: ꝙ cũ mlti-
plicaueritis oronẽ nõ exaudiã. Man⁹ em̃
vre sanguĩe plene sũt. Lauami. mũdi esto-
te: auferte malũ cogitatõnũ vrar ab oculꝫ
meis. Quiescite agẽ puerse: discite bñfacẽ.
Querite iudiciuz. subuenite oppsso. iudi-
cate pupillo. defendite viduam: et venite
et arguite me: dicit dñs. Si fuerint pcta
vra vt coccinũ: q̃si nir dealbabũt: etsi fu-
erint rubra q̃si vmiculus: velut lana alba
erit. Si volueritis vt audieritis me bona
tre ꝯmedetis. Od si nolueritis: ꝙ me ad ira
cũdiaz ꝓuocaueritis gladi⁹ deuorabit vos:
qr os dñi locutũ est. Quõ facta ẽ meretrix
ciuitas fidel: plena iudicij: Justicia hĩta-
uit ĩ ea: nũc aꝫ homicide. Argẽtũ tuũ ver
sum ẽ in scoriã: vinũ tuũ mixtũ ẽ aq̃. Pri-
cipes tui infideles: socij furũ. Oẽs diligũt
mũera: sequũt retributões. Pupillo ñ iu-
dicant: ꝙ causa vidue ñ ingredit ad illos.
Propter hoc ait dñs de⁹ exercituuz fortis
isrl. Heu ego ꝯsolabor super hostibo meis:
et vindicabor de inimicis meis. Et con-
uertã manũ meã ad te: ꝙ excoquã ad pur
scoriã tuã: ꝙ auferã oñe stannũ tuũ: ꝙ re-
stituã iudices tuos vt fuerit pri⁹: ꝙ ꝯsilia-
rios tuos sicut antiqtus. Post hec voca-
beris ciuitas iusti: urbs fidel. Syon ĩ iu-
dicio redimet: ꝙ reducẽt eã in iustitiã. Et
ꝯteret scelestos ꝙ pctores simul: ꝙ q̃ derelinq̃rũt
dñm ꝯsument. Cõfundẽt em̃ ab ydol q̃bo
sacrificaueꝛt. Et erubescetis sup oris: q̃s
elegeratis: cũ fueritis q̃si querc⁹ defluẽti-
bus foljs: ꝙ velut ort⁹ absq; aq̃. Et erit for
titudo vra vt fauilla stupe: ꝙ op⁹ vrm q̃si
scintilla: ꝙ succẽdet vtrũq; simul: ꝙ ñ erit qui
extinguat

Capitulum .II.

Verbũ qd vidit ysaias fili⁹ amos su
per iudã ꝙ ihrlm. Et erit in nouis-
simis diebo ꝑparat⁹ mons domus
dñi in vtice mõtiũ: ꝙ eleuabit sup colles.
Et fluẽt ad eũ oes gẽtes: ꝙ ibũt ꝑli multi
et dicẽt. Venite ascẽdam⁹ ad montẽ dñi: ꝙ
ad domũ dei iacob: ꝙ docebit nos vias su-
as ꝙ ãbl̃abim⁹ in semitis ei⁹: qr de syon ex-
ibit lex: ꝙ verbũ dñi de ihrlm. Et iudicabit
gẽtes: ꝙ arguet ꝑlos mltos. Et ꝯflabunt
gladios suos in vomeres: ꝙ lãceas suas in
falces. Non leuabit gens ctr gentẽ gladiũ.
nec exercebũt vltr ad preliũ. Dom⁹ iacob:
venite ꝙ ambulem⁹ in luĩe dei nri. piecisti
em̃ ꝑplum tuũ domũ iacob: qr repleti sunt
vt olim: ꝙ augures habuerũt vt philistijm:
ꝙ pueris alienis adhesert. Repleta est ter-
ra argento ꝙ auro: et nõ est finis thesau-
ror eius. Et repleta est terra eius equis:
innumerabiles q̃drige eius. Et repleta est
terra eius ydol. Opus manuũ suar adora-
uert: qd fecert digiti eor. Et incurua-
uit se homo: ꝙ hũiliat⁹ est vir. Ne g̃ dimit
tas eis. Ingredere in petrã: ꝙ absconde
in fossa humo a facie timoris dñi: ꝙ a glo-
ria maiestatis eius. Oculi sublimis homi-
nis humiliati sunt: ꝙ incuruabit altitudo
virorꝫ. Exaltabitur autẽ dñs solus in die
illa: qr dies dñi exercituũ super omnẽ su-
perbum et excelsum et super omnem arro-
gantem: et humiliabit: et super oñes ce-
dros libani sublimes ꝙ erectas: ꝙ sup oñs

quercus basan: ⁊ sup omnes montes excelsos ⁊ sup oēs colles eleuatos: ⁊ sup oēm turrē excelsā ⁊ sup omnē murū munituz: et sup oēs naues tharsis: ⁊ sup oīe qđ visu pulcrū est. Et incuruabit omnis sublimitas hoīm: ⁊ humiliabit altitudo viroꝝ Et eleuabitur dñs sol⁹ in die illa: ⁊ ydola penit⁹ ꝓterent. Et introibūt in spelūcas petraꝝ: ⁊ in voragines terre a facie formidinis dñi ⁊ a gl'ia maiestatis ei⁹: cū surrexerit pcutere terrā. In die illa proiciet hō ydola argēti sui ⁊ sil'ac auri sui q̄ fecerat sibi: vt adorāret talpas ⁊ vesptiliones. Et ingrediet scissuras petraꝝ: ⁊ in cauernas saxoꝝ a facie formidinis dñi ⁊ a gl'ia maiestatis ei⁹: cū surrexerit pcutere terram. Quiescite g̃ ab hoīe cui⁹ spūs in naribꝰ ei⁹ est: qz exelsus reputat⁹ est ipse.

¶ Capitulum. .III.

Ece em̄ dñator dñs exercituū auferet ab ihr'm ⁊ ab iuda validū et fortē: ⁊ oē robur panis ⁊ oīe robur aque: ⁊ fortē ⁊ virū bellatorē: et iudicē ⁊ pphām ⁊ariolū ⁊ senē. pncipē sup q̄nquagīta: ⁊ honorabilē vultu: ⁊ psiliariū: ⁊ sapiētē de architectis: ⁊ prudentē eloquij mistici. Et dabo pueros pncipes eoꝝ: ⁊ effeminati dñabunt eis. Et corruet pplꝰ: vir ad virū: ⁊ vnusq̄sq̄ ad primū suū. Tumultuabit puer ꝑ senē: ⁊ ignobil' ꝑ nobilē. Apprehendet em̄ vir frem suū domesticum pris sui: ⁊ dicet. Vestimētū tibi ē: pnceps esto nr̄: ruina aut hec sub manu tua. Rñdebit q̄ in die illa: dicēs. Non sū medic⁹: ⁊ in domo mea ñ est panis neq̄ vestimentum. Nolite ꝓstituē me pncipē pplī. Ruit enim ihr'm ⁊ iudas ꝓcidit: qz līgua eoꝝ ⁊ adinuētiones eoꝝ ꝑ dñm: vt puocarēt oculos maiestatis ei⁹. Agnitiō vult⁹ eoꝝ rñdebit eis: et pctm suū q̄si sodoma predicauerūt: nec absconderūt. Ve anie eoꝝ: qm̄ reddita sūt eis mala. Dicite iusto qm̄ bñ: qm̄ fructuz adinuentionū suaꝝ comedet. Ve impio in malū. Retributiō em̄ manuū ei⁹ fiet ei. Populum meū exactores sui spoliauerūt: ⁊ mulieres dñate sunt eis. Populе me⁹ q̄ te bēm dicūt ipsi te decipiūt: ⁊ viā gressuū tuoꝝ dissipāt. Stat ad iudicādum dñs: ⁊ stat ad iudicādos pplos. Dñs ad iudiciū veniet: cū senibꝰ pplī sui ⁊ pncipibꝰ ei⁹. Vos em̄ depasti estis vineā meā: ⁊ rapina paupis in domo vīa. Quare atteritis pplum meū: ⁊ facies pauperꝝ cōmolitis: dicit dñs de⁹ exercituū! Et dixit dñs de⁹. Proeo q̄ eleuate sunt filie syon: et ābulauerūt extēto collo: et nutibꝰ oculoꝝ ibant ⁊ plaudebāt: ⁊ ābulabāt: ⁊ pedibꝰ suis ꝓpositio gradu īcedebāt. decaluabit dñs vertice filiaꝝ syon: ⁊ dñs crinē earū nudabit. In die illa auferz dñs ornamentū calciamentoꝝ ⁊ lunulas ⁊ torques ⁊ monilia ⁊ armillas ⁊ mitras ⁊ discriminalia ⁊ periscelidas ⁊ murenulas ⁊ olfactoriola ⁊ inaures ⁊ anulos ⁊ gēmas in fronte pendētes: ⁊ mutatoria ⁊ palliola et lintheamīa ⁊ acus ⁊ specula et sindones et vittas ⁊ theristra. Et erit ꝓ suaui odore fetor: ⁊ pro zona funicul⁹: ⁊ ꝓ crispāti crine caluiciū: ⁊ ꝓ fascia pectorali cilicium. Pulcerrimi q̄z viri tui gladio cadent: ⁊ fortes tui in plio. Et merebūt atz lugebunt portе ei⁹: ⁊ desolata in terra sedebit. ¶ Capi. IIII.

Et apprehendēt septē mlieres virum vnū in die illa: dicētes. Panē nr̄m comedem⁹: ⁊ vestimētis nr̄is opiemur: tantūmodo inuocet nomē tuuz sup nos: aufer obprobriū nr̄m. In die illa erit germē dñi in magnificētia ⁊ gl'ia: et fruct⁹ terre sublimis: ⁊ exultatiō hīs q̄ saluati fuerīt de isr'l. Et erit oīs q̄ relict⁹ fuerit in syon ⁊ residu⁹ in ihr'm: sctus vocabit oīs q̄ script⁹ ē in vita in ihr'm. Si abluerit dñs sordē filiaꝝ syon ⁊ sanguinē ihr'm lauerit de medio ei⁹: in spū iudicij ⁊ spū ardoris. Et creabit dñs sup omnē locū mōtis syon ⁊ vbi inuocat⁹ ē nubē ꝓ die: ⁊ fumū ⁊ splēdorē ignis flāmantis in nocte. Super oīem em̄ gl'iam ptectio: ⁊ tabernaculū erit in vmbraculū diei ab estu: ⁊ in securitatē ⁊ abscōsionez a turbine ⁊ a pluuia.

¶ Capituluz . .V.

Cantabo dilecto meo cāticū patrueli mei. vinee sue. Vinea facta est dilecto meo: in cornu filio olei. Et sepiuit eā: ⁊ lapides elegit ex illa: ⁊ plātauit vineā electā. Et edificauit turrī in medio ei⁹: ⁊ torcl'ar extruxit in ea. Et expectauit vt faceret vuas: ⁊ fecit labruscas. Nūc ergo habitatores ihr'm et viri iuda iudicate inter me ⁊ inter vineā meā. Quid est qđ vltr̄ facē debui vinee mee ⁊ ñ feci ei! An q̄ expectaui vt facēt vuas: et fecit labruscas! Et nūc oñdā vob̄ qđ ego faciā vinee

mee. Auferã sepẽ eiꝰ et erit in direptõnẽ: diruã maceriam et erit in ꝯculcatõnẽ: et ponã eaz deſtã. Nõ putabiꝯ et nõ fodiꝯ: et aſcẽdẽt sup eã vepres et spine: ꝙ nubib⁹ mandabo ne pluãt sup eaz ymbrẽ. Clinea aũt dñi exercituũ domꝰ iſrl̃ ẽ: et vir iuda germẽ eiꝰ dlectabile. Et expectaui vt faceꝯ iudiciũ ꝙ ecce iniqtas: ꝙ iusticiã ꝙ ecce clamor. Ele q̃ ꝯiũgitis domũ ad domũ: ꝙ agꝛ agro copl̃atis vsq; ad t̃minũ loci. Nunq̃d hĩtatis vos soli in medio t̃re? In auribus meis sũt hec: dicit dñs exercituũ. Nisi domus ml̃te deſte fuerint gñdes et pulcre et absq; hĩtatore. Decẽ enĩ iugera vineaꝛ faciũt lagũculã vnã: et trigĩta modij semẽtis faciẽt modios tres. Ele q̃ ꝯsurgitis mane ad ebrietatẽ sectandã: et potandũ vsq; ad vesperã vt vino estuetis. Cithara ꝙ lira et tympanũ ꝙ tybia ꝙ vinũ in ꝯuiuijs vestris: ꝙ opus dñi ñ respicitis: nec opa manuũ eiꝰ ꝯsideratis. Propterea captiuꝰ ducꝰ ẽ ꝓpl̃s meꝰ: qꝛ ñ habuit sciẽtiã: ꝙ nobiles eiꝰ ĩteriert fame: ꝙ ml̃titudo eiꝰ siti exaruit. Propẽea dilatauit ifernꝰ aĩaz suã: ꝙ apuit os suũ absq; illo termĩo. Et descẽdẽt fortes eiꝰ: ꝙ ꝓpl̃s eiꝰ ꝙ sublimes gl̃iosiq; eiꝰ ad eũ. Et ĩcuruabiꝯ hõ ꝙ hũiliabiꝯ vir et ocl̃i sublimiũ deꝓmẽꝯ. Et exaltabiꝯ dñs exercituũ in iudicio: et deꝰ sc̃us sc̃ificabiꝯ in iusticia. Et pascenꝯ agni iuxta ordinẽ suũ: et deſta in vbtate versa aduene comedent ea. Ele q̃ ẽhitis iniqtatẽ in funiculꝰ vanitatis: ꝙ q̃si vĩculũ plaustri pcẽm. Qui dicitis festinet ꝙ cito veĩat opus eiꝰ vt videam⁹: ꝙ appropiet ꝙ veniet ꝯsiliũ sc̃i iſrl̃: ꝙ sciem⁹ illd̃. Ele q̃ dicitis malũ bonũ et bonũ malũ: ponẽtes tenebras lucẽ ꝙ lucem tenebras: ponentes amaꝛ in dulce et dulce in amarum. Ele q̃ sapiẽtes estis in oculꝰ vr̃is: ꝙ coram vobismetipſ̃ prudẽtes. Ele q̃ potẽtes estis ad bibendũ vinũ: ꝙ viri fortes ad miscendũ ebrietatẽ. Qui iustificatis impiũ ꝓ mũeribꝫ: ꝙ iusticiã iusti auferetis ab eo. Ꝓpter hoc sicẽ deuorat stipulã ligna ignis: ꝙ calor flãme exurit: sic radix eoꝝ q̃si fauilla erit: ꝙ germẽ eoꝝ vt puluis ascẽdet. Abieceꝯ enĩ legẽ dñi exercituũ: et eloquiũ sc̃i iſrl̃ blaſphẽaueꝯ. Ideo iratus ẽ furor dñi in ꝓpl̃um suũ: ꝙ extẽdit manũ suã sup eũ: ꝙ ꝓcussit eũ. Et ꝯturbati sũt montes: ꝙ facta sũt morticina eoꝝ q̃si stercus in medio platearꝫ. In hijs oĩbꝫ non est auersus furor eiꝰ: sed adhuc manꝰ eiꝰ extẽta. Et eleuabit signũ in natiõibꝫ ꝓcul: ꝙ sibilabit ad eũ de finibꝫ t̃re ꝙ ecce festinꝰ velociꝯ veĩet. Non ẽ deficiẽs neq; laborãs ĩ eo: ñ dormitabit neq; dormiet: neq; solueꝯ cingulũ renũ eius: nec rũpeꝯ corrigia calciamẽti eiꝰ. Sagitte eiꝰ acute: ꝙ oẽs arcus eiꝰ extẽti. Ungle eq̃ꝫ eiꝰ vt silex: ꝙ rote eiꝰ q̃si impetꝰ tẽpestatis. Rugitꝰ eiꝰ vt leonis: rugiet vt catuli leonũ. Et frẽdet ꝙ tenebit predã: ꝙ ãplexabiꝯ ꝙ ñ erit q̃ eruat: sonabit sup eũ in die illa sicut sonitꝰ maris. Aspiciemꝰ ĩ terrã ꝙ ecce tenebre tribulatiõis: ꝙ lux obtenebrata ẽ in caligine eiꝰ.

Capitulum. .VI.

In ãno q̃ mortuꝰ est rex ozias vidi dñm sedentẽ sup soliũ excelsũ ꝙ eleuatũ: ꝙ plena erat domꝰ a maiestate eiꝰ et ea q̃ sub ipso erãt implebãt tẽplũ. Seraphin stabãt sup illud: sex ale vni et sex ale altẽri. Duabꝫ velabãt faciẽ eiꝰ: et duabꝫ velabãt pedes eiꝰ: ꝙ duabꝫ volabãt Et clamabãt alt̃ ad altẽꝫ: ꝙ dicebãt. Sãctꝰ sc̃s sc̃s dñs deꝰ exercituũ: plena ẽ oĩs t̃ra gl̃ia eiꝰ. Et ꝯmota sũt suplimiãria cardinũ a voce clamãtis: ꝙ domꝰ repleta ẽ fumo. Et dixi. Ve mihi qꝛ tacui: qꝛ vir polluti labijs ego sũ: ꝙ ĩ medio ꝓpl̃i polluta labia hñtis ego hĩto: ꝙ regẽ dñm exercituũ vidi oculꝰ meis. Et volauit ad me vnꝰ de seraphin ꝙ ĩ manꝰ eiꝰ calcalꝰ quẽ forcipe tulerat de altari: ꝙ tetigit os meũ: dicẽs. Ecce tetigi hoc labia tua: ꝙ auferet iniqtas tua et pcẽm tuũ mũdabiꝯ. Et audiui vocẽ dñi dicẽtis. Quẽ mittã: ꝙ qs ibit nob⁹? Et dixi Ecce ego: mitte me. Et dixit. Vade: et dices ꝓpl̃o huic. Audite audiẽtes et nolite ĩtelligẽ: ꝙ videte visionẽ ꝙ nolite ꝯgnoscẽ. Exceca corꝛ ꝓpl̃i huiꝰ ꝙ aures eiꝰ aggraua: ꝙ oculos eiꝰ claude: ne forte videat oculꝰ suis et auribꝫ suis audiat ꝙ corde suo ĩtelligat: ꝙ ꝯuertaꝯ et sanẽ eũ. Et dixi. Usqꝫq̃ dñe? Et dixit. Donec desolent ciuitates absq; hĩtatore: ꝙ domꝰ sine hoĩe. Et t̃ra relinq̃t deſta: et lõge faciet dñs hoĩes. Et ml̃tiplicabiꝯ q̃ derelicta fuerat ĩ medio t̃re: ꝙ adhuc ĩ ea decimatõ. Et ꝯuertẽꝯ ꝙ erit ĩ oñsionẽ: sicut therebintꝰ: ꝙ sicut querꝰ q̃ expandit ramos suos. Semen sc̃m erit ib qd̃ stet̃rit in ea.

Capitulum. .VII.

Et factuz est in diebꝫ achaz filij ioathan filij ozie regis iuda ascendit rasin rex sirie ⁊ facee filiꝰ romelie rex ísrl̃ in ihr̃lm ad ꝓliandū ꝑ eā: ⁊ ñ potuerūt debellare eā. Et nūciaueꝛt domui dauid: dicētes. Requeuit sỹria sup effraim: ⁊ ꝯmotū est coꝛ eiꝰ: ⁊ coꝛ ꝓphē eiꝰ sicut mouent̄ lig̃ siluaꝝ a facie venti. Et dixit dñs ad ysaiā. Egredere in occursū achaz: tu et qui derelictꝰ est iasub filiꝰ tuꝰ ad extremū aqueductꝰ piscine superioris in via agri fullonis: ⁊ dices ad eum. Vide ne sileas. Noli timeꝛe ⁊ coꝛ tuū ne formidet a duabꝫ caudibꝫ ticionū fumigantiū istoꝝ ī ira furoꝛis rasin r̃gis sirie ⁊ filij romelie: eoq; ꝯsiliū inierit ꝑ̃ te siria malū: effraim ⁊ filiꝰ romelie: dicētes. Ascēdamꝰ ad iudā ⁊ suscitemꝰ eū: ⁊ auellamꝰ eū ad nos: ⁊ ponemꝰ regē ī medio eiꝰ filiū tabeel. Hec dicit dñs deus. Non stabit ⁊ ñ erit istꝺ: sed caput sỹrie damascꝰ ⁊ caput damasci rasin. Et adhuc sexaginta ⁊ q̄nq; anni: ⁊ desinet effraim esse ꝓpl̃s: ⁊ caput effraim samaria: ⁊ caput samarie filiꝰ romelie. Si ñ credideritis: ñ ꝓmanebitis. Et adiecit dñs loqui ad achaz dicēs. Pete tibi signū a dño deo tuo ī ꝓfūdū īferni siue ī excelsū supꝝ. Et dixit achaz. Non petā: ⁊ ñ tēptabo dñm. Et dixit. Audite q̄ dom̄ dꝺ. Nunq̄d paꝝ vob est molestos esse hoīb: q: molesti estis ⁊ deo meo: Propt̄ hoc dabit dñs ipse vob signū. Ecce vgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabit̄ nom̄ eiꝰ emanuel. Butiꝝ ⁊ mel comedet: ⁊ sciat reꝓbare malū: ⁊ eligē bonū: Quia añq̄ sciat puer roꝓbare malū ⁊ eligē bonuz: derelinq̄tur t̃ra quaz tu detestaris a facie duoꝝ regū suoꝝ. Adducet dñs sup te ⁊ sup ꝓpl̃m tuū: ⁊ sup domū ꝓris tui dies: q̄ ñ veneꝛt a diebꝫ sepatōis effraī a iuda cū rege assirioꝝ. Et erit ī die illa. sibilabit dñs muscę q̄ ē ī extrēo fluminū egipti ⁊ api q̄ est in t̃ra assur: ⁊ veniēt et requiescēt oēs in torrētibꝫ valliū ⁊ ī cauernis petꝝ ⁊ ī oīb frutectis ⁊ ī vniuerꝙ foꝛamīb. In die illa radet dñs ī nouacula ꝯducta ī hijs qui t̃ns flumē sūt ī rege assirioꝝ caput ⁊ pilos pedū: ⁊ barbā vniuersā. Et erit ī die illa nutriet hō vaccā boū ⁊ duas oues: ⁊ p̄ vbtate lactis comedet butiꝝ. Butiꝝ em̄ et mel mādducabit oīs hō q̄ relictꝰ fuerit ī medio terre. Et erit ī die illa oīs locus vbi fuerint mille vites: mille argēteis: ⁊ ī spinas ⁊ in vepꝛes erūt. Cū sagittis ⁊ arcu īgredient̄ illuc: vepres em̄ ⁊ spine erunt in vniuersa terra. Et oēs mōtes q̄ in sarculo sarient̄. ñ veniet illuc timoꝛ spinaꝝ ⁊ vepꝛium: ⁊ erit in pascuā bouis ⁊ in ꝯculcationem pecoꝛis. Capitulum .VIII.

ꝯfidētes. Consūmata est enī vindemia:col
lectio vlē ñ veniet. Obstupescite opulēte.
cōturbabimini ꝯfidētes:exuite vos ꝫ con-
fundamini:accingite lūbos vr̄os sup vbe-
ra. Plangite sup regione desiderabili:sup
vinea vertili. Sup humū ꝓp̄l̄i mei spine ꝫ
vepres ascendēt:q̄ntomagis super oēs do
mos gaudij ciuitatis exultātis! Dom̄ enī
dimissa est.ml̄titudo vrbis relicta est:te-
nebre ꝫ palpatō facte sunt super spelūcas
vsq; ineternū. Gaudium onagroꝝ pascua
gregū:donec effundaē sup nos spūs de ex
celso. Et erit desertū in chermel:ꝫ chermel
in saltū reputabiē:et hītabit ī solitudine
iudicium:et iusticia ī chermel sedebit. Et
erit opus iusticie pax:et cultus iusticie si-
lentiū:ꝫ securitas vsq; in sempiternuz. Et
sedebit ꝓp̄lus meꝰ in pulcritudine pacis:
ꝫ in tabnacul̄ fiducie ꝫ in requie opulēta.
Grādo aē in descēsione saltus:ꝫ būilitate
būiliabiē ciuitas. Beati qui semīatis sup
oēs aquas:īmittētes pedē bouis et azini.

Capitulum. .XXXIII.

Ue qui predaris:nonne ꝫ ipse p̄da-
beris! Et q̄ spernis: nonne et ipse
sperneris! Cū ꝯsumaueris depda-
tionē depredaberis:cū fatigatus desieris.
ꝯtēneris. Dñe miserē nr̄i te enī expecta-
mus:esto brachiū nr̄m in mane:ꝫ sal̄ nr̄a
in tpe tribl̄atōis. A voce angeli fugerunt
p̄l̄i:et ab exaltatōne tua dispse sunt gen-
tes. Et cōgregabunē spolia vr̄a sicut colli
gitur brucus:velut cū fosse plene fuerint
ō eo. Magnificatꝰ ē dñs qm̄ hītabit in ex-
celso:īplebit sy̆on iudicio ꝫ iusticia:ꝫ erit
fides in tpib̄ suis. Diuitie salutis sapīa ꝫ
sciētia:timor dñi ipse thesaurꝰ eius. Ecce
videtes clamabūt foris:angeli pacis ama-
re flebūt. Dissipate sunt vie:cessauit ēnsi-
ens p semitā:irritū factū est pactū:spiecit
ciuitates.ñ reputauit hoīes. Luxit ꝫ elā-
guit ēra:cōfusus est libanꝰ ꝫ absurduit. Et
factꝰ ē saron sicē dertū:ꝫ cōcussa ē basā et
carmelꝰ. Nūc consurgā dicit dñs:nūc ex-
altabor ꝫ nūc sublīabor. Cōcipietis odorē
et parietis stipulā:spūs vr̄ vt ignis vora-
bit vos:et erunt ꝓp̄l̄i q̄si de incēdio cinis:
spine cōgregate igni cōburenē. Audite q̄
longe estis q̄ fecerim:ꝫ cogñscite vicini for
titudinē meā. Contriti sunt ī sy̆on pecca-
tores:possedit timor y̆pocritas. Quis po
terit hītare de vob̄ cū igne devorante:aut
q̄s hītabit ex vob̄ cū ardoribꝰ sempiternis:
Qui ābulat ī iusticijs ꝫ loquiē veritatē:q̄
spicit auaricia ex calūnia:ꝫ excutit manꝰ
suas ab omī munere. Qui obturat aures
suas ne audiat sanguinē:et claudit oc̄los
suos ne videat malū:iste ī excelb̄ hītabit:
muīmēta saxoꝝ sublimitas eius:panis ei
datꝰ est:aque eiꝰ fideles sūt. Regē ī decore
suo videbit:oc̄li eiꝰ cernēt terrā delonge:
cor tuū meditabiē timorē. Vbi ē lr̄atꝰ. vbi
legis vba ponderās. vbi doctor paruuloꝝ!
ꝓp̄lm īprudentē ñ videb̄.ꝓp̄lm alti ꝑmonis:
ita vt ñ possis ītelligē diptitudinem līgue
eiꝰ:ī q̄ nulla ē sapīa. Respice sy̆on ciuita
tē solennitatis nr̄e. oc̄li tui videbūt ihr̄l̄m

habitatōnez opulentā. tabernaculū qđ ne-
quaq̄ transferri potērit: nec auferent̄ cla-
ui ei⁹ in sempiternū. ⁊ oñes funiculi eius
nō rūpent̄: quia solūmodo ibi magnifica-
tus est dñs nr̄. Locus fluuioꝝ riui latissi-
mi ⁊ potētes: nō transibit sup eū nauis re-
migū: neq̄ trieris magna transgrediet̄ eū.
Dñs em̄ iudex nr̄. dñs legifer nr̄. dñs rex
nr̄. ipe veniet et saluabit nos. Laxati sunt
funiculi tui: sed nō ꝑualebūt. Sic erit ma
lus tuus vt dilatare signū nō q̄as. Tūc di
uidēt̄ spolia ꝑdarū multaꝝ: claudi diripi
ent rapinā: nec dicet vicin⁹. elāgui. Popu
lus q̄ habitat ī ea: auferet̄ ab eo iniq̄tas.

Capituluz. XXXIIII.

Accedite gentes audite. ⁊ ꝓcī atten
dite: audiat terra ⁊ plenitudo ei⁹.
orbis ⁊ oñe germē ei⁹: qr̄ indigna
tō dñi sup oñes gētes: ⁊ furor sup vniuer
sam maliciam eoꝝ. Interfecit eos: ⁊ dedit
eos in occisionē. Interfecti eoꝝ ꝓicient̄: ⁊
de cadaueribꝫ eoꝝ ascēdet fetor. Tabescent
mōtes a sāguīe eoꝝ. ⁊ tabescet oīs milicia
celoꝝ: ⁊ ꝙplicabūt̄ sicut liber celi: ⁊ oīs mi
licia eoꝝ defluet sicut defluit foliū ꝺ vinea
et de ficu: qm̄ inebriat⁹ē ī celo gladi⁹ me⁹.
Ecce sup ydumeā descēdet: ⁊ sup ꝓplm̄ ītēr-
fectōnis mee ad iudiciū. Gladi⁹ dñi reple-
t⁹ē sanguine: incrassat⁹ē adipe de sāguine
agnoꝝ ⁊ hircoꝝ. ⁊ ꝺ sāguine medullatorū
arietū. Victima em̄ dñi ī bosra: ⁊ ītērfectō
magna ī tērra edom: ⁊ descēdēt vnicornes
cuz eis. ⁊ thauri cū potētibꝫ. Inebriab̄t̄ ̄ra
eoꝝ sāguine. ⁊ hum⁹ eoꝝ adipe pinguiuz:
qr̄ dies vltionis dñi. ān⁹ retributōnis iudi
cij sion. Et ꝙuertēt̄ torrentes ei⁹ ī picē: et
hum⁹ ei⁹ ī sulphur. Et erit tērra ei⁹ ī picem
ardentē nocte ⁊ die: ñ extinguet̄ ī sēpiter-
nū. Ascēdet fum⁹ ei⁹ a generatōe ī genera-
tōez: desolabit̄ ī secla seculoꝝ. Nō erit trāsi-
ens ꝑ eā: ⁊ possidebūt illā onocrotal⁹ ⁊ eri
cius: ⁊ ibex ⁊ coru⁹ habitabūt ī ea. Et extē
det̄ sup eā mēsura vt redigat̄ ad nihilū: ⁊
ꝑpendiculū ī desolatōez. Nobiles ei⁹ ñ erūt
ibi. regē poci⁹ īuocabūt: ⁊ oēs ꝓcipes ei⁹
erūt ī nihilū. Et orient̄ ī domibꝫ ei⁹ spine ⁊
vrtice. ⁊ paliurus ī munitōibꝫ ei⁹: ⁊ erit cu
bile draconū. ⁊ pascua strutionū: ⁊ occur-
rēt demonia: onocentaurus ⁊ pilosus cla-
mabit alter ad alterū. Ibi cubauit lamia
⁊ inuenit sibi requiem: ibi habuit foueam
erici⁹. ⁊ enutriuit catulos: ⁊ circūfodit et
fouit in vmbra eius. Illuc cōgregati sunt
milui. alter ad alterū. Requirite diligēter
in libro dñi ⁊ legite: vnū ex eis ñ defuit. al
ter alterū nō q̄siuit: q̄a qđ ex ore meo ꝓce-
dit ille mandauit: ⁊ spūs ei⁹ ipe ꝙgregauit
ea: ⁊ ipe misit eis sorte. ⁊ man⁹ eius diuisit
eā illis ī mēsurā. Vsq̄ ineternū possidebūt
eā: in generatōne ⁊ generatōnē habitabūt
in ea.

Capitulum. XXXV.

Letabit̄ deserta ⁊ īuia: et exultabit
solitudo. ⁊ florebit quasi liliū. Ger
minās germinabit: ⁊ exultabit le-
tabunda ⁊ laudās. Gloria libani data est
ei: decor carmeli ⁊ saron. Ipsi vidēbūt glo
riaz dñi: ⁊ decorē dei nostri. Cōfortate ma
nus dissolutas: ⁊ genua debilia roborate.
Dicite pusillanimis: ꝓfortamini et nolite
timere. Ecce deꝰ vester vltionē adducet re-
tributōnis: deꝰ ipe veniet et saluabit nos.
Tunc apient̄ oculi cecoꝝ: ⁊ aures surdoꝝ
patebunt. Tūc saliet sicut ceruus claud⁹.
⁊ apta erit lingua mutoꝝ: qr̄ scisse sunt in
deserto aque. ⁊ torrentes in solitudine: ⁊ q̄
erat arida in stagnū. ⁊ sicīes in fontes aq̄-
rum. In cubilibꝫ ī q̄bꝫ prius dracones ha-
bitabant. orient̄ viror calami ⁊ iunci: ⁊ erit
ibi semita: et via sancta vocabit̄. Nō trāsi-
bit ꝑ eā pollutus: ⁊ hec erit vobis directa
via: ita vt stulti nō errent ꝑ eaz. Non erit
ibi leo: ⁊ mala bestia nō ascendet ꝑ eā nec
īuenient̄ ibi. Et ambulabūt q̄ liberati fue-
rint ⁊ redempti a dño ꝙuertent̄: ⁊ venient
ī sion cū laude: ⁊ letitia sempiterna super
caput eorū. Gaudiū ⁊ letitiā obtinebunt:
⁊ fugiet dolor et gemitus.

Capitulum. XXXVI.

Et factū est in quartodecimo anno
regis ezechie: ascēdit sennacherib
rex assiriorꝝ super oēs ciuitates
iuda munitas: ⁊ cepit eas. Et misit rex as-
sirioꝝ rabsacen de lachis ī hierusalē. ad re
gez ezechiā ī manu ḡui: ⁊ stetit ī aq̄ductu
piscine superioris. ī via agri fullōis. Et egres
s⁹ ̄ē ad eū eliachim fili⁹ elchie q̄ erat sup do-
mū. ⁊ sobna scriba. et iohae fili⁹ asaph a ꝙ
mētarijs. Et dixit ad eos rapsaces. Dicite
ezechie. Hec dicit rex magn⁹ assirioꝝ. Que
ē ista fiducia q̄ ꝙfidis: aut q̄ ꝙsilio vl' forti
tudie ꝝbellae diſpois: Sup quē hēs fiduci
az: qr̄ ꝝcessisti a me: Ecce ꝙfidis sup baculū

harũdineũ ꝓfractũ istũ sup egiptuz: cui si innixus fuerit hõ. intrabit ī manũ ei⁹ et pforabit eam: sic pharao rex egipti oĩibus q̃ ꝓfidũt ī eo. Quod si rñderis mihi. ī dño deo nostro confidim⁹: nõne ipse est cuius abstulit ezechias excelsa et altaria. ⁊ dixit iude ⁊ hierusalẽ coram altari isto adorabitis: Et nũc trade te dño meo rẽgi assirioꝝ: ⁊ dabo tibi duo milia eq̃ꝝ. nec poteris ex te pbere ascensores eoꝝ. Et quõ sustinebis faciez iudicis vnius loci ex seruis dñi mei minoribꝫ: Qd̃ si confidis ī egipto ī quadrigis. ⁊ ī equitibꝫ: ⁊ nũc nũq̃d sine dño ascendi ad terrã istam. vt dispderẽ eam. Dñs dixit ad me. Ascende sup terrã istam: ⁊ dispde eam. Et dixit eliachim. ⁊ sobna. ⁊ ioahe ad rabsacen. Loq̃re ad seruos tuos syra lĩgua ītelligim⁹ em̃: ne loq̃ris ad nos iudaice in auribꝫ pli q̃ ẽ sup murũ. Et dixit ad eos rabsaces. Nũquid ad dñm tuũ et ad te misit me dñs meus. vt loquerer oĩa verba ista: ⁊ nõ pocius ad viros q̃ sedẽt ī muro vt comedant stercora sua. ⁊ bibant vrinaz pedũ suoꝝ vobiscũ: Et stetit rabsaces: et clamauit voce magna iudaice et dixit. Audite verba regis magni rẽgis assirioꝝ. Dec dicit rex. Nõ seducat vos ezechias. q̃a ñ poterit eruere vos: ⁊ ñ vob tribuat fiduciam ezechias sup dño dicẽs. eruẽs liberabit nos dñs: nõ dabit ciuitas ista ī manu regis assirioꝝ. Nolite audire ezechiaz: hec ei dicit rex assirioꝝ. Facite mecũ bñdictõnẽ. ⁊ egredimĩ ad me: ⁊ comedite vnusq̃sq̃ vineaz suam. ⁊ vnusq̃sq̃ ficũ suaz: ⁊ bibite vnusq̃sq̃ aquam cisterne sue: donec veniaz ⁊ tollam vos ad terrã q̃ ẽ terra vĩa. terraz frumẽti ⁊ vini: terrã panuz et vineaꝝ. Nec ꝓturbet vos ezechias dicẽs: dñs liberabit nos. Nũq̃d liberauerũt dij gẽtiũ vnusq̃sq̃ terrã suam de manu regis assirioꝝ. Ubi ẽ deus emath et arfad: Ubi de⁹ sepharuaim: Nũq̃d liberauerũt samariaz ỏ manu mea: Quis ẽ ex oĩbꝫ dijs terraꝝ istarũ q̃ eruerit terrã suam de manu mea: vt eruat dñs hierusalẽ de manu mea: Et siluerũt ⁊ ñ rñderũt ei verbũ. Mãdauerat em̃ rex dicẽs: ne rñdeatis ei. Et egressus ẽ eliachim fili⁹ elchie q̃ erat sup domũ. ⁊ sobna scriba. ⁊ ioahe filius asaph. a cõmentarijs ad ezechiam scissis vestibꝫ: ⁊ nũciauerũt ei verba rabsacis.

Capitulum XXXVII.

Et factũ ẽ cũ audisset rex ezechias scidit vestimenta sua. ⁊ obuolutus ẽ sacco: ⁊ intrauit in domũ dñi. Et misit eliachim qui erat sup domũ. et sobna scribam. ⁊ seniores ỏ sacerdotibꝫ optos saccis. ad ysaiam filiũ amos ꝓphetam: ⁊ dixerũt ad eũ. Dec dicit rex ezechias. Dies tribulatiõis ⁊ correptiõnis. ⁊ blasphemie dies hec: q̃ venerũt filij vsq̃ ad partũ. ⁊ virt⁹ nõ ẽ pariendi. Si quõ audiat dñs de⁹ tu⁹ verba rabsacis: quẽ misit rex assirioꝝ dñs suus ad blasphemandũ dominũ deuz viuentẽ: ⁊ exprobrãdũ ꝓmonibꝫ q̃s audiuit dominꝰ de⁹ tu⁹. Leua ergo oratiõez p reliquijs q̃ repte sũt. Et venerũt serui regis ezechie ad ysaiã: ⁊ dixit ad eos ysaias. Dec dicetis domiõ vro. Dec dicit dñs. Ne timeas a facie verboꝝ q̃ audisti: q̃bꝫ blasphemauerũt pueri regis assirioꝝ me. Ecce ego dabo ei spiritũ ⁊ audiet nũciũ. ⁊ reuertet̃ ad terrã suam ⁊ corruere euz faciaz gladio ī tra sua. Reuersus est aũt rabsaces: ⁊ inuenit regẽ assirioꝝ pliãtẽ aduersus lobnã. Audierat em̃ q̃ pfect⁹ eẽt de lachis: et audiuit de tharacha rege ethiopie dicentes: egressus ẽ vt pugnet ctra te. Qd̃ cũ audisset. misit nũcios ad ezechiaz dicens. Dec dicetis ezechie regi iude loquẽtes. Nõ te decipiat de⁹ tu⁹ in q̃ tu ꝓfidis dicẽs: nõ dabit̃ ihrlm ī manũ regis assiriorũ. Ecce tu nosti oĩa q̃ fecerũt reges assirioꝝ oĩbꝫ terris q̃s subuertẽrũt: ⁊ tu poteris liberari: Nũq̃d eruerũt eos dij gẽtiũ. q̃s subuertẽrũt patres mei: gozan ⁊ aran ⁊ reseph ⁊ filios eden q̃ erant ī thalassar: Ubi ẽ rex emath ⁊ rex arfad ⁊ rex vrbꝫ sepharuaim ana et aua: Et tulit ezechias libros de manu nũcioꝝ ⁊ legit eos: ⁊ ascendit in domũ dñi. ⁊ expandit eos corã dño. Et orauit ezechias ad dominũ dicẽs. Dñe exercituũ de⁹ isrl q̃ sedes sup cherubin. tu es de⁹ solus oĩũ regnoꝝ terre: tu fecisti celũ ⁊ terrã: inclina dñe aurẽ tuaz ⁊ audi. api oculos tuos et vide: ⁊ audi oĩa verba sennacherib q̃ misit ad blasphemandũ deũ viuẽtẽ. Vere ei dñe desertas fecerũt reges assirioꝝ trras et regiones eaꝝ. ⁊ dederũt deos eaꝝ igni. nõ em̃ erãt dij sed opa manuũ hominũ. lignũ ⁊ lapis: et cõminuerũt eos. Et nũc dñe de⁹ noster salua nos de manu ei⁹: vt cognoscãt oĩa regna terre. q̃ tu es dñs deus solus. Et misit ysaias filios amos ad

plagas

ezechiaz dicens. Hec dicit dñs deus israel. Pro qbꝫ rogasti me de sennacherib rege assiriorꝫ: hoc ē verbū qđ locut⁹ ē dñs sup eū. Despexit te et subsannauit te virgo filia sion: post te caput mouit filia hierusalē. Cui exprobrasti. et quē blasphemasti: et sup quē exaltasti vocez. et leuasti altitudinem oculorꝫ tuorꝫ: Ad sanctū isrl'. In manu seruorꝫ tuorum exprobrasti dño: et dixisti. In multitudine quadrigarū mearū ego ascendi altitudinem montiū. iuga libani: et succidā excelsa cedrorꝫ eius. et electas abietes illius: et introibo altitudinem summitatis eius. saltū carmeli eius: ego fodi et bibi aquā. et exiccaui vestigio pedis mei oēs riuos aggerum. Nūqđ nō audisti que olim fecerī ei: Ex diebꝫ antiqs ego plasmaui illud. et nūc adduxi: et factū est in eradicatiōz colliū oppugnātiū. et ciuitatū munitarū. Habitatores earū breuiata mānu cōtremuerūt. et confusi sūt: facti sūt sicut fenū agri. et gramen pascue. et herba tectorū q exaruit antequꝫ matureſceret. Habitatiōez tuā et egressum tuū. et introitū tuū cognoui: et insaniam tuā cōtra me. Cū fureres aduersū me superbia tua ascendit in aures meas. Ponā ergo circulū in auribꝫ tuis. et frenū in labijs tuis: et reducam te in via p quam veniſti. Tibi aūt hoc erit signū. Comede hoc āno q sponte nascūt̄: et in āno scdo pomis vescere. In āno aūt tercio seminate et metite: et plātate vineas. et comedite fructū earum: et mittet id qđ saluatū fuerit de domo iuda. et qđ reliquū ē radicē deorsuz. et faciet fructū sursum: qz de hierusalez exibūt reliqe. et saluatio de monte sion. Zel⁹ dñi exercituū faciet istud. Propterea hec dicit dñs de rege assiriorꝫ. Nō introibit ciuitatē hāc et ñ iaciet ibi sagittā. et nō occupabit eā clipeus: et nō mittet in circuitu ei⁹ aggerē. In via q venit p eam reuertet̄: et ciuitatez hāc nō ingrediet̄ dicit dñs. Et protegaz ciuitatē istam vt saluē eaz: propter me et propter dauid seruuz meū. Egressus ē aūt āgel⁹ dñi et percussit in castris assiriorꝫ cētūoctogintaquinqꝫ milia. Et surrexerūt mane: et ecce oēs cadauera mortuorꝫ. Et egressus ē et abijt. et reuersus ē sēnacherib rex assiriorꝫ: et habitauit in niniue. Et factū ē cū adoraēt in tēplo merach deū suum ad ramelech et sarasar. filij ei⁹ percusserūt eū gladio: fugerūtqꝫ in terraz ararath: et regnauit assaraddon filius ei⁹ p eo.

In diebꝫ illis Ca. XXXVIII. egrotauit ezechias vsqꝫ ad mortē: et intrauit ad euz ysaias filius amos pphēta: et dixit ei. Hec dicit dom⁹. Dispōe domui tue: qz morieris tu et ñ viues. Et cōuertit ezechias faciē suaz ad parietez: et orauit ad dominū et dixit. Obsecro dñe. memēto qsō quō ambulauerī corā te in veritate et ī corde pfecto: et qđ bonū ē ī oculis tuis feceri. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factū est verbū dñi ad ysaiam dicēs. Vade et dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid patris tui. Audiui oratiōez tuaz: et vidi lacrimaz tuaz. Ecce ego addicā sup dies tuos quindecim annos: et de manu regis assiriorū eruā te. et ciuitatē istam: et protegaz eam. Hoc aūt tibi erit signū a dño: qz faciet dñs verbū hoc qđ locut⁹ ē. Ecce ego reuerti faciaz vmbrā liniaruz p qs descēderat ī horologio achaz. ī sole retrorsū decē lineis. Et reuersus ē sol decē lineis p gđ⁹ qs descēderat. Scriptura ezechie regis iuda cū egrotasset: et conualuisset de infirmitate sua. Ego dixi ī dimidio dierꝫ meorꝫ vadā ad portas inferi: qsiui residuū ānorꝫ meorꝫ. Dixi nō videbo dñm deū ī terra viuentiū: nō aspiciam hoīez vltra. et habitatorē quietis. Generatiō mea ablata ē et conuoluta ē a me. qsi tabernaculū pastorꝫ. Precisa ē velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me. De mane vsqꝫ ad vesperaz finies me: sperabam vsqꝫ ad mane. Quasi leo sic cōtriuit oīa ossa mea. De mane vsqꝫ ad vesperam finies me. Sicut pull⁹ hirūdis sic clamabo: meditabor vt colūba. Attenuati sūt oculi mei: suspicientes ī excelso. Dñe vim patior: rñde pro me. Quid dicā: aut qđ rñdebit mihi cuz ipe fecerim: Recogitabo tibi oēs annos meos: ī amaritudine aīe mee. Dñe si sic viuit̄: et ī talibꝫ vita spūs mei. Corripies me et viuificabis me: ecce ī pace amaritudo mea amarissima. Tu aūt eruisti aīaz meā vt nō piret: piecisti pt⁹ tergū tuū oīa pcta mea. Quia ñ īfern⁹ confitebit tibi: neqꝫ mors laudabit te. Nō expectabūt q descēdūt ī lacuz veritatē tuā. Viuēs viuēs ipe confitebit tibi sicut et ego hodie: pr̄ filijs notā faciet veritatē tuā. Dñe saluū me fac: et psalmos nostros cātabim⁹ cūctis diebꝫ vite nr̄e in domo dñi. Et iussit ysaias vt tollerēt massaz

ylayas

te ficis: ⁊ cathaplasmarent sup vuln⁹ ⁊ sanaret. Et dixit ezechias. Qđ erit signū qz ascendaz in domo dñi. ¶ Capi. XXXIX

In tēpe illo misit merodach baradan filius baladan rex babilonis libros et munera ad ezechiaz. Audierat ei ꝙ egrotasset ⁊ ꝓualuisset. Letat⁹ ē autē sup eos ezechias: ⁊ ondit eis cellam aromatū ⁊ argēti ⁊ auri ⁊ odoramētoꝝ et vngēti optimi ⁊ oēs apothecas suppellectil' sue: et vniuersa q̄ inuēta sūt ī thesauris ei⁹. Nō fuit verbū qđ ñ oñderet eis ezechias ī domo sua: ⁊ ī oñi pr̄ate sua. Introiuit aū ysaias ꝓpheta ad ezechiam regē et dixit ei. Quid dixerūt viri isti: et vñ venert ad te? Et dixit ezechias. De terra lōginq̄ venert ad me: ỏ babilone. Et dixit. Quid viderūt ī domo tua? Et dixit ezechias. Oñia q̄ ī domo mea sūt viderūt. Nō fuit res quā non ostēderī eis ī thesauris meis. Et dixit ysaias ad ezechiā. Audi verbū dñi exercituū. Ecce dies veniēt: ⁊ auferent. oīa q̄ ī domo tua sūt: ⁊ que thezaurizauerūt pr̄es tui vsq̄ ad diē hanc ī babilonē. Nō relinquetur quicq̄ dicit dñs. Et de filijs tuis q̄ exibunt de te quos genueris tollēt: ⁊ erūt eunuchi in palacio regis babilonis. Et dixit ezechias ad ysaiam. Bonum verbum domini qđ locutus ē. Et dixit. Fiat tm̄ pax ⁊ veritas in diebꝫ meis. ¶ Capitulum .XL.

Consolamini ꝓsolamī populeme⁹: dicit deus vester. Loq̄mini ad cor hierusalē ⁊ aduocate eam: qm̄ cōpleta ē malicia ei⁹: dimissa ē iniq̄tas illi⁹. Suscepit de manu domini duplicia ꝓ oīb⁹ pc̄tis suis. Vox clamantis in deserto. Parate viam dñi: rectas facite in solitudīe semitas dei nr̄i. Oñis vallis exaltabit⁹ ⁊ omnis mons ⁊ collis humiliabit⁹: ⁊ erūt p̄ua ī directa: ⁊ aspera ī vias planas. Et revelabit⁹ gloria dñi: ⁊ videbit oñis caro pariter qđ os dñi locutū ē. Vox dicētis. Clama. Et dixi. Quid clamabo: Oñis caro fenuz: ⁊ oīs gloria ei⁹ q̄si flos agri. Exiccatuz ē fenū et cecidit flos: qa spūs dñi sufflauit ī eo. Vere fenuz ē ꝑ̄plus. Exiccatū ē fenū ⁊ cecidit flos: verbū aū dñi stabit ineternū. Super montē excelsū ascende tu q̄ euāgelizas sīon: exalta ī fortitudīe vocē tuam q̄ euangelizas ihrlm. Exalta: noli timere. Dic ciuitatib⁹ iude: ecce de⁹ vester. Ecce dñs de⁹ ī fortitudine veniet: ⁊ brachiū ei⁹ dñabit⁹. Ecce merces ei⁹ cū eo: ⁊ opus illius corā illo: Sicut pastor gregē suum pascet: ī brachio suo ꝯgregabit agnos. ⁊ in sinu suo leuabit: fetas ipe portabit. Quis mēsus est pugillo aquas: ⁊ celos palmo ponderauit? Quis appendit tribꝫ digitis molez t̄re: ⁊ liberauit ī pōdere mōtes et colles ī statera? Quis audiuit spiritū dñi: aut q̄s ꝓsiliari⁹ ei⁹ fuit ⁊ oñdit illi? Cū q̄ iniit ꝓsiliū ⁊ īstruxit eū. ⁊ docuit eū semitā iusticie. et erudiuit eū sciencia: et viā prudētie ostēdit illi? Ecce gentes q̄si stilla situle: ⁊ q̄si momētū statere reputate sūt. Ecce īsule q̄si puluis exiguus: ⁊ liban⁹ nō sufficiet ad succendendū: ⁊ aīalia ei⁹ non sufficiāt ad olocaustū. Oñes gētes q̄si nō sint sic sūt coram eo: et q̄si nihilū ⁊ inane reputate sūt ei. Cui igit̄ similem fecistis deū: aut quā ymaginē ponetis ei? Nūq̄d sculptile ꝓflauit faber: aut aurifex auro figurauit illud. ⁊ lamīis argētеis argētari⁹? Lignū ⁊ īputribile elegit artifex sapiens: q̄rit quō statuat simulacrū qđ ñ moueat. Nūq̄d non scietis? Nūq̄d nō audistis? Nūq̄d ñ ānūciatū ē vobis ab inicio? Nūq̄d nō intellexistis fundamēta terre? Qui sedet sup girū terre: ⁊ habitatores ei⁹ sūt quasi locuste. Qui extēdit velut nihilū celos: ⁊ expandit eos sicut tabernaculū ad inhabitandū. Qui dat secretor scrutatores q̄si nō sint: iudices t̄re velut īane fecit. Et quidez neq̄ plantat⁹ neq̄ sat⁹ neq̄ radicat⁹ ī t̄ra trūcus eor. Repētе flauit ī eos ⁊ aruert: ⁊ turba q̄si stipulam auferet eos. Et cui assimilastis me. ⁊ adeq̄stis dicit sc̄⁹? Leuate ī excelsū oculos vr̄os et videte q̄s creauit hec. Qui educit ī nūero milicia eor: ⁊ oēs ex noīne vocat. Pre mltitudīe fortitudīs ⁊ roboris vtutisq̄ ei⁹ neq̄ vnū ēliquū fuit. Quare dicis iacob ⁊ loq̄ris israel. abscōdita est via me a dño: ⁊ a deo meo iudiciū meū t̄nsiuit? Nūq̄d nescis: aut ñ audisti? Deus sēpit̄n⁹ dñs: q̄ creauit t̄mīos t̄re: ⁊ ñ deficiet neq̄ laborabit: nec ē iuestigatō sapiētie ei⁹. Qui dat lasso virtutē: et bijs q̄ ñ sūt: fortitudīez ⁊ robur multiplicat. Deficiēt pueri ⁊ laborabūt: ⁊ iuuenes ī infirmitate cadēt. Qui aū sperāt ī dño mutabūt fortitudīez: assumēt pēnas sicut aq̄le. currēt ⁊ ñ laborabūt: ābulabūt

et nō deficient. Capitulum. XLI.

Taceāt ad me insule:⁊ gētes mutēt fortitudiez. Accedāt ⁊ tūc loq̄nt̄: simul ad iudiciū ꝓpinquem⁹. Quis suscitauit ab oriētē iustū: vocauit eum vt seq̄ret̄ se: Dabit ī ꝓspectu ei⁹ gētes:⁊ reges obtinebit. Dabit q̄si puluerē gladio eius: sicut stipulā vēto raptā arcui ei⁹. Persequetur eos: transibit in pace: semita ī pedibꝰ ei⁹ nō apparebit. Quis hec opat⁹ ē ⁊ fecit: vocās generatōnes ab exordio: Ego dñs: prim⁹ ⁊ nouissimus ego sū. Uiderūt insule et timuerūt: extrema terre obstupuerūt: approp̄inquerūt ⁊ accesserūt. Unusq̄sq; primo suo auxiliat̄: et frī suo dicet ꝓfortare. Confortabit faber erarius pcutiēs malleo eū q̄ cudebat tūc tpis dicēs: glutino bonū ē: et ꝓfortabit eū clauis vt nō moueat̄. Et tu isrl̄ serue me⁹: iacob quē elegi: semē abrahā amici mei. ī q̄ apphēdi te. Ab extremis terre et a lōginq̄s ei⁹ vocaui te:⁊ dixi tibi. Seruus me⁹ es tu: elegi te ⁊ nō abieci te. Ne timeas q̄ tecū ego sū: ne declines: q̄ ego deus tuus. Confortaui te ⁊ auxiliatus sū tibi:⁊ suscepit te dextera iusti mei. Ecce ꝓfundēt̄ ⁊ erubescēt oēs q̄ pugnant aduersū te. Erūt q̄si nō sint:⁊ pibūt viri q̄ ꝓdicūt tibi. Queres eos et nō inuenies viros rebelles tuos:⁊ erūt q̄si nō sint ⁊ veluti ꝓsumptō hoīs bellantis aduersuz te: q̄ ego domin⁹ deus tuus apprehēdēs manū tuam dicēsq; tibi. Ne timeas: ego audiui te. Noli timē vermis iacob: q̄ mortui estis ex israel. Ego auxiliat⁹ tuz tui dicit domin⁹: et redēptor tu⁹ sanct⁹ isrl̄. Ego posui te quasi plaustrum triturās nouū: dñs rostra serrācia. Et triturabis montes ⁊ ꝓminues:⁊ colles q̄si puluerē pones. Ventilabis eos ⁊ vent⁹ tollet ⁊ turbo dispget eos:⁊ tu exultabis ī dño: ī sancto isrl̄ letaberis. Egeni et paupes q̄rūt aquas ⁊ nō sūt: līgua eorū siti aruit. Ego dñs exaudiā eos. de⁹ israel: non derelinquaz eos. Aperiam in supinis collibꝰ flumina:⁊ ī medio campor̄ fontes Ponā desertū ī stagna aq̄rū:⁊ terrā ī viaz in riuos aquarū. Dabo ī solitudiez cedrū: et spinam ⁊ mirtū ⁊ lignū oliue. Ponā in deserto abietem. vlmū ⁊ buxū simul vt videant ⁊ sciant ⁊ recogitēt ⁊ intelligant pariter: q̄ man⁹ dñi fecit hoc: et sanct⁹ israel creauit illud. Prope facite iudiciū vr̄m dicit dñs: afferte si quid forte habetis dixit rex iacob. Accedāt:⁊ nūciēt nob q̄cūq; vētura sūt. Priora q̄ fuerūt nūciate:⁊ ponem⁹ cor nr̄m ⁊ sciem⁹: nouissima eor̄ ⁊ que vētura sūt īdicate nob. Annūciate q̄ vētura sūt ī futur̄:⁊ sciem⁹ q̄ dij vos estis. Bñ q̄ aut male (si potestis) facite:⁊ loq̄mur ⁊ videam⁹ simul. Ecce vos estis ex nihilo: et op⁹ vr̄m ex eo q̄ nō ē. Abominatō ē q̄ eligit vos. Suscitaui ab aq̄lone:⁊ veniet ab ortu solis. Uocaui nomē meū:⁊ adducet magistrat⁹ q̄si lutū:⁊ velut plastes ꝓculcās humū. Quis ānūciauit ab exordio vt sciam⁹: ⁊ a principio vt dicam⁹ iust⁹ es: Nō ē neq; ānūcians neq; p̄dicās: neq; audiēs sermones vr̄os. Prim⁹ ad sion dicet ecce assū: et ihrl̄m euāgelistam dabo. Et vidi:⁊ ñ erat neq; existis quisq̄ q̄ iniret ꝓsiliū ⁊ interrogat⁹ rñdēt verbū. Ecce oēs iniusti:⁊ vana opa eor̄: vēt⁹ ⁊ īane simlac̄ eor̄. Ca. XLII

Ecce seruus me⁹ suscipiā euz: elect⁹ meus: ꝓplacuit sibi ī illo aīa mea. Dedi spūm meū sup eū: iudiciū gē tibꝰ pferet. Nō clamabit neq; accipiet psonā: nec audiet̄ ꝓr ei⁹ foris. Calamū q̄ssatū ñ ꝓteret:⁊ linū fumigās ñ extīguet. In veritate ducet iudiciū: nō erit tristis neq; turbulēt⁹ donec ponat ī tra iudiciū:⁊ legē eius insule expectabūt. Nec dicit dñs deus creans celos ⁊ extēdēs eos: firmans tr̄ā ⁊ q̄ germinant ex ea: dans flatū pplo q̄ ē super tr̄ā. et spūm calcātibꝰ eā. Ego dñs vocaui te ī iustīcia:⁊ apprehēdi manū tuaz:⁊ fuaui te. Et dedi te ī fed⁹ pli. ī lucē gentiū: vt apires oculos cecor̄ et educēs de ꝓclusiōe vinctum: de domo carceris sedentes ī tenebris. Ego dñs: hoc est nomē meū. Gloriaz meam alteri nō dabo:⁊ laudez meaz sculptilibꝰ. Que prima fuerūt ecce venert̄: noua q̄z ego annuncio: anteq̄ oriantur audita vobis faciam. Cantate domino canticū
• nouum: laus eius ab extremis terre. Qui descenditis ī mare ⁊ plenitudo eius: insule et habitatores earum. Subleuetur deserta et ciuitates ei⁹: in domibꝰ habitabit cedar. Laudate habitatores petre: de vertice mōtium clamabūt. Ponēt domīo gloriam:⁊ laudē ei⁹ ī insulis nūciabūt. Dñs sicut fortis egrediet̄: sicut vir pliator suscitabit zelū. Ulociferabit̄ ⁊ clamabit sup īimicos suos ꝓfortabit̄. Tacui. sēp silui: paci-

ens fui: sicut ptuziēs loq̃r. Dissipabo q̃ absorbebo sil' : dēstos faciam mōtes excelsos et colles: et omne g̃men eoz exiccabo. Ponaz flumia ī insulas: q̃ stagna arefaciam. Et educaz cecos ī viā quā nesciūt: q̃ in semitis q̃s ignorauerūt ambulare eos faciā. Ponā tenebras corā eis ī lucē: q̃ p̃ua ī recta. Hec verba feci eis: et nō dēliq̃ eos. Cōuersi sūt retrorsū. Cōfūdant̃ pfusiōe q̃ pfidūt ī sculptili: q̃ dicūt pflatili vos dij nr̃i. Surdi audite: q̃ ceci ītuemini ad videndū. Quis cec? nisi su? me? : q̃ surd? nisi ad quē nūcios meos misi? Quis cec? : nisi q̃ venūdatus ē? Et q̃s cec? : Nisi seru? dn̄i? Qui vides multa: nōne custodies? Qui aptas habes aures: nōne audies? Et dn̄s voluit vt sc̄ificaret eū q̃ magnificaret legē q̃ extolleret: ipe aūt pl'? dirept? et vastat?. Laqus iuuenū oēs simul: et ī domibz carcerū abscōditi sūt. Facti sūt ī rapinaz nec ē q̃ eruat: ī direptōez: nec ē q̃ dicat reddē. Quis ē ī vob q̃ audiat hoc attēdat et auscultet futura? Quis dedit in direptōez iacob. q̃ isr̃l vastātibz? Nōne dn̄s ipe ē cui peccauerūt? Et noluerūt ī vijs ei? ābulare: ñ audierūt legē ei?. Et effudit sup eū īdīgt̄oz furoris sui et fortē bellū: q̃ pbussit eū ī circuitu q̃ ñ cognouit: q̃ succēdit euz q̃ non intellexit.

Capitulum .XLIII.

Et nūc hec dicit dn̄s creans te iacob: q̃ formās te isr̃l. Noli timē q̃a redemi te: et vocaui te noīe tuo. Seru? meus es tu. Cū trāsieris p aq̃s tecū ero: q̃ flumia ñ opiēt te. Cū ābulaueris in igne nō pbureris: q̃ flāma nō ardebit ī te: q̃ ego dn̄s de? tu? sc̄? isr̃l saluato? tu?. dedi ppiciatōez tuā egiptū: q̃ ethiopiā q̃ saba p te. Ex q̃ honorabil' fc̄?es ī ocul' meis et gloriosus: ego dilexi te. Et dabo hoīes p te: q̃ pl'os p aīa tua. Noli timē: q̃ ego tecum sū. Ab oriēte adducā semē tuū: q̃ ab occidē te pgregabo te. Dicā aq̃loni da: q̃ austro. noli pbibē. Affer filios meos de lōginq̃: et filias meas ab extremis terre. Et oēz q̃ invocat nomē meū. ī gl'az meā creaui eū: formaui eū q̃ feci eū. Educ foras pl'm cecū et ocl'os habētē: surdū. q̃ aures ei sūt. Oēs gētes pgregate sūt simul: q̃ collecte sūt trib. Quis ī vob ānūciet istud: q̃ q̃ prima sūt audire nos faciet: Dent testes eoz et iustificēt: et audiāt q̃ dicāt. Vere vos testes mei dicit dn̄s: q̃ seru? me? quē elegi: vt sciatis q̃ credatis mihi. q̃ īt̄lligatis q̃z egoipe sum. Añ me nō ē format? de? : et p? me nō erit. Ego sū. ego sū dn̄s: q̃ ñ ē absq̃ me saluato?. Et ego annūciaui q̃ saluaui: audituz feci: et nō fuit ī vobis alien?. Vos testes mei dicit dūs: q̃ ego de?. Et ab inicio egoipe: q̃ ñ ē q̃ ꝺ māu mea eruat. Operabo?: q̃ q̃s auertet illud? Hec dicit dn̄s redēptor vr̃ sanct? isr̃l. Propt̄ vos emisi ī babilonē: q̃ detraxi vectes vniuersos: q̃ chaldeos ī nauibz suis gloriantes. Ego dn̄s sc̄us vr̃: creans isr̃l: rex vr̃. Hec dicit dn̄s q̃ dedit ī mari viam: et ī aq̃s torrētibz semitā. Qui eduxit q̃drigam et equū: agmē et robustū. Simul obdormierūt nec resurgēt: ptriti sūt q̃si linū: q̃ extincti sūt. Ne memineritis prioz: q̃ antiq̃ ne intueamini. Ecce ego facio noua. q̃ nūc orient̄: vtiq̃ cognoscetis ea. Ponā in deserto viaz: q̃ ī invio flumia. Et glorificabit me bestia agri: dracones q̃ strutiones: q̃ dedi ī deserto aquas. flumia ī invio: vt dare potū pl'o meo electo meo. Populū istum formaui mihi: laudē meā narrabit. Nō me invocasti iacob: nec laborasti ī me isr̃l. Nō obtulisti mihi arietē holocausti tui: et victimis tuis nō glorificasti me. Non te seruire feci ī oblatiōe: nec laborē tibi pbui ī thure. Nō emisti mihi argēto calamū: q̃ adipe victimarū tuaz ñ iebriasti me. Verūtñ seruire me fecisti ī pctis tuis: prebuisti mihi laborē in iniq̃tatibz tuis. Ego sū. ego sum ipse. q̃ deleo iniq̃tates tuas ꝓpter me: q̃ peccatoz tuoz̄ nō recordabor. Reduc me in memoriaz q̃ iudicemur simul: narra si q̃s habes vt iustificeris. Pater tu? prim? peccauit: q̃ interpt̄es tui puaricati sūt in me. Et pfanauaui principes sāctos: dedi ab interitōz iacob: et isr̃l ī blasphemiam.

Capitulum .XLIIII

Et nūc audi iacob serue me? : et israel quē elegi. Hec dicit dn̄s faciens q̃ formās te: ab vtero auxiliator tu? Noli timē serue me? iacob: q̃ rectissime quē elegi. Effūdā ei aquas sup sitientē: q̃ fluenta sup aridam. Effūdaz spūm meuz sup semē tuū: q̃ bn̄dictōez meaz sup stirpē tuam: et germinabunt inter herbas q̃si salices iuxta p̄terfluentes aquas. Iste dicz dn̄i ego sū: q̃ ille vocabit in noīe iacob. Et hic scribet manu sua dn̄o: et in nomine israel

assimilabit. Hec dicit dñs rex isrl & redem ptor: eius dñs exercituū. Ego primus & ego nouissimus: et absq me nō ē de. Quis simi lis mei: vocet & annūciet: et ordinē exponat mihi. Ex q̄ constitui mihi populū antiquū: venturа & q̄ futura sūt annūciēt eis. Nolite timere: neq conturbemini. Extūc audire te feci: et ānūciaui. Vos estis testes mei. Nūq̄d ē de absq me. & formator quē ego non noueri? Plaste ydolū oēs nichil sūt: & amantissima eor nō pderūt eis. Ipsi sunt testes eor. qr nō vidēt neq intelligūt: vt confundāt. Quis formauit deū: et sculptile conflauit ad nihil vtile? Ecce oēs participes eius confundēt. Fabri em̄ sunt ex hoīb. Cōueniēt oēs: stabūt et pauebūt: & confundēt simul. Faber ferrarius lima operat? ē: i prunis & in malleis formauit illud: & operat? ē in brachio fortitudinis sue. Esuriet et deficiet: ñ bibet aquā lassescet. Artifex lignari? extēdit normaz: formauit illud in rūcina. Fecit illud i angularib: & i circino tornauit illud: et fecit ymaginē viri q̄si speciosū hoīez habitātē i domo. Succidit cedros: tulit ilicē et querсū q̄ steterat inter ligna saltus. Plantauit pinū quā pluuia nutriuit: & facta ē hoīb? i focū. Sūpsit ex eis & calefact? ē: & succendit & coxit panes: de reliquo aūt operat? ē deū et adorauit: fecit sculptile. & curuat? ē ante illud. Mediū ei? combussit igni: & ō medio ei? carnes coxit. et comedit. Coxit pulmentū & saturatus ē: & calefact? ē & dixit. Vah calefact? sū: vidi focū. Reliquū aūt ei?. deū fecit & sculptile sibi. Curuaūt ante illud: et adorat illud & obsecrat dicens. Libera me: qr de? me? es tu. Nescierūt neq intellexerūt. Oblitі em̄ sūt ne videāt oculi eor: & ne intelligāt corde suo. Nō recogitant in mente sua: neq cognoscūt neq sencіūt vt dicāt. Medietatē ei? combussi igni: & coxi super carbones ei? panes. Coxi carnes & comedi: et dereliq ei? ydolū faciā: Ante truncū ligni prostrabam: Pars ei? cinis ē. Cor insipiēs adorauit illud: & nō liberauit aiaz suā: neq dicit forte mendaciū ē i dextera mea. Memēto hoc iacob et isrl: qm̄ seru? meus es tu. Formaui te: seruus me? es tu. Isrl nō obliuiscaris mei. Deleui vt nubē iniq̄tates tuas: & q̄si nebulā pcā tua. Reuertē ad me: qm̄ redemi te. Laudate celi qm̄ misc̄iaz fecit dñs: iubilate extrema terre. Resonate montes laudatōez: salt? & omne lignū eius. Qm̄ redemit dñs iacob: & isrl gloriabitur. Hec dicit dñs redēptor tu?: & formator tu? ex vtero. Ego sū dñs faciēs oīa: extendēs celos solus. Stabiliēs terrā & null? mecū: irrita faciēs signa diuinor: & ariolos in furorē vertēs. Cōuertēs sapientes retrorsū: et scientiā eor stultaz faciēs. Suscitans verbum serui sui: & psiliū nūcior suor pplēs. Qui dico ihrl'm habitaberis: et ciuitatib? iuda. edificabimī: et deserta ei? suscitabo. Qui dico profundo desolare: et flumina tua arefaciam. Qui dico ciro pastor me? es: & omnez volūtatē meā pplebis. Qui dico hierusalē edificaberis: & tēplo fundaberis.

Hec dicit dñs xp̄o meo Ca. XLV
ciro cui? appḥēdi dexteram vt subiciā añ faciē ei? gētes: & dorsa regum vertā. Et apiaz corā eo ianuas: & portæ nō claudent. Ego añ te ibo: & gloriosos terre humiliabo. Portas ereas pteraz: & vectes ferreos pfringaz. Et dabo tibi thesauros abscōditos & archana secretor: vt scias qr ego dñs. q̄ voco nomē tuum de? isrl: pter seruū meū iacob & isrl electū meū. Et vocaui te noīe tuo: assimilaui te: & nō cognouisti me. Ego dñs: et nō est ampli?. Extra me ñ ē de?. Accinxi te & nō cognouisti me: vt sciāt hij q̄ ab ortu solis. & q̄ ab occidēte qm̄ absq me ñ ē de?. Ego dñs & nō ē alter: formās lucē & creans tenebras: faciens pacē & creās malū. Ego dñs faciens oīa hec. Rorate celi desup & nubes pluāt iustū: aperiaūt terra & germinet saluatorem: & iusticia oriaūt simul. Ego dñs creaui eum. Vle q̄ pugnat dicit factori suo: testa de samijs terre. Nūq̄d dicet lutū figulo suo. q̄d facis: & opus tuum absq manib ē? Vle q̄ dicit pri q̄d generas: & mulieri quid pturis? Hec dicit dñs sanct? isrl: plastes ei?. Vlentura interrogate me: super filios meos & super opus manuū mearū mandate mihi. Ego feci terrā: & hoiem super eaz creaui ego. Man? mee extendēr̄t celos: & omni milicie eor mādaui. Ego suscitaui eū ad iusticiā: & oēs vias ei? dirigaz. Ipe edificabit ciuitatē meā: & captiuitatē meā dimittet ñ i pcio neq i muneribus: dicit dñs de? exercituū. Hec dicit dñs. Labor egipti & negociatō ethiopie et sabaim viri sublimes ad te transibunt et tui erunt: et post te ambulabunt. Vincti manicis per-

gent:ꝙ te adorabũt teqꝫ tepcabũt. Tantuꝫ in te ẽ deus:et nõ ẽ de⁹ absqꝫ te. Vere tu es deus abscõdit⁹:de⁹ isrł saluator. Cõfusi sũt ꝙ erubuerũt oẽs simul: abierũt ī confusione fabricatores erroꝝ. Isrł saluat⁹ ẽ ī dño salute eterna. Nõ confundemini et nõ erubescetis usqꝫ ī seculũ seculi:qꝝ hec dicit dñs creans celos. Ipe de⁹ formans tĕrã ꝙ faciẽs eã: ipe plastes ei⁹. Nõ ī vanũ creauit eã:vt habitaret formauit eã. Ego dñs:ꝙ ñ ẽ alius. Nõ ī abscõdito locut⁹ sũ:ī loco terre tenebroso. Nõ dixi semini iacob frustra: qrite me. Ego dñs loquẽs iusticiaꝫ:ānũcians recta. Cõgregamĩ ꝙ venite:et accedite simul q̃ saluati estis ex gẽtibꝫ. Nescierũt q̃ leuãt signũ sculpture sue: ꝙ rogãt dñm ñ saluãtẽ. Annũciate ꝙ veĩte:ꝙ consiliamĩ sił. Quis audituꝫ fecit hoc: Ab inicio extũc pdixi illud. Nũq̃d ñ ego dñs: et ñ ẽ ultra de⁹ absqꝫ me:Deus iust⁹ ꝙ saluãs ñ ẽ pter me. Conuertimĩ ad me ꝙ salui eritis oẽs fines terre:qꝝ ego de⁹:ꝙ nõ ẽ ali⁹. In memetipo iurauí.egredieť ỏ ore meo iusticie verbũ. et nõ reuertet:qꝝ mihi curuabũt oĩa genua: ꝙ iurabit oĩs lĩgua. Ergo ī dño dicet. Mee sũt iusticie ꝙ īperiũ. Ad eũ veniẽt:ꝙ confundẽtur oẽs q̃ repugnãt ei. In dño iustificabitur ꝙ laudabiť oẽ semẽ isrł.

Ca. XLVI

Onfract⁹ ẽ bel contrit⁹ ẽ nabo:fracta sũt simulacra eoꝝ bestijs ꝙ iumentis. Onera nr̃a g̃ui pondẽ usqꝫ ad lassitudiẽz ctabuerť:ꝙ trita sũt simul. Nõ potuerť saluare portantẽ: et aĩa eoꝝ ī captiuitatẽ ibit. Audite me dom⁹ iacob:ꝙ oẽ residuũ dom⁹ isrł. Qui portami a meo utero: q̃ gestamĩ a mea vulua. Vsqꝫ ad senectaz egoipe:ꝙ usqꝫ ad canos ego portabo. Ego feci ꝙ ego ferã:ꝙ ego portabo ꝙ saluabo. Cui assimilastis me ꝙ adeq̃stis:ꝙ cõparastis me ꝙ fecistis similẽ: Qui cofertis aurũ de sacculo:ꝙ argẽtũ statera põderatis. Cõducẽtes artificẽ vt faciat deuz:ꝙ pcidũt et adorãt. Portãt illũ ī humeris gestãtes:et ponẽtes ī loco suo. Et stabit:ac ỏ loco suo nõ mouebiť. Qꝫ ꝙ cũ clamauerit ad eũ nõ audiet:ỏ tribulatõe ñ saluabit eos. Memẽto istud ꝙ confudamĩ: redite puaricatores ad cor. Recordamĩ prioris secli qm̃ ego sũ de⁹ et ñ ẽ ulť de⁹:nec ẽ similť mei ānũcians ab exordio nouissimũ: ꝙ ab inicio q̃ necdũ facta sũt. Dicẽs. consiliũ meũ stabit:ꝙ omnis volũtas mea fiet. Vocãs ab oriẽte auẽ: de terra lõginq̃ vir volũtatis mee. Et locut⁹ sũ ꝙ adducã illud:creaui ꝙ faciã illud. Audite me duro corde: q̃ lõge estis a iusticia. Prope feci iusticiaz meaz: nõ elongabiť: et sal⁹ mea nõ morabiť. Dabo ī sion salutẽ:ꝙ in isrłm gloriã meaz.

Ca. XLVII.

Descẽde :sede in puluere virgo filia babilon:sede ī terra. Nõ ẽ soliũ filie chaldeoꝝ: qꝝ ultra ñ vocaberis molł ꝙ tenera. Tolle molã ꝙ mole farinaz. denuda turpitudinẽ tuã. Discoopi humeruz:reuela crura:trãsi flumĩa. Reuelabiť ignominia tua:ꝙ videbiť obprobriũ tuuz. Vltionẽ capiam:ꝙ nõ resistet mihi hõ. Redẽptor nr̃ dñs exercituũ: nomẽ illi⁹ sc̃⁹ israel. Sede tacẽs ꝙ itra ī tenebras filia chaldeoꝝ:qꝝ ñ vocaberis ulť dña regnoꝝ. Iratꝰ sũ sup pplm meũ:pcamĩaui hĕditatẽ meam. Et dedi eos ī manu tua:non posuisti eis misericordias. Sup senẽ aggrauisti iugum tuũ valde:ꝙ dixisti. In sẽpiternũ ero dña. Nõ posuisti hec sup cor tuuz:neqꝫ recordata es nouissimi tui. Et nũc audi hec delicata.ꝙ habitãs confidenter: q̃ dicis ī corde tuo ego sũ:ꝙ ñ ẽ pter me ãpli⁹. Nõ sedebo vidua:ꝙ ignorabo sterilitatẽ. Veniẽt tibi duo hec subito ī die una:sterilitas ꝙ viduitas. Uniuersa venerť sup te ppť multitudiez maleficioꝝ tuoꝝ:ꝙ ppť duriciã īcãtatoꝝ tuoꝝ vehementť. Et fiduciaz habuisti ī malicia tua:ꝙ dixisti. Non est q̃ videat me. Sapiẽtia tua ꝙ scia tua hec decepit te. Et dixisti ī corde tuo. Ego sũ:ꝙ pter me ñ ẽ altera. Veniet sup te malũ.ꝙ nescies ortũ ei⁹:ꝙ irruet sup te calamitas quã nõ poteris expiare. Veniet sup te repente miseria quã nescies. Sta cũ īcantatoribꝫ tuis ꝙ cũ multitudiẽ maleficioꝝ tuoꝝ ī q̃bꝫ laborasti ab adolescẽcia tua: si forte q̃d ꝑfit tibi: aut si possis fieri fortior. Defecisti ī multitudiẽ consilioꝝ tuoꝝ. Stẽt ꝙ saluẽt te augures celi q̃ cõtemplabant sidera ꝙ supputabãt mẽses: vt ex eis annũciarẽt uentura tibi. Ecce facti sunt q̃ q̃si stipula:ignis combussit eos. Nõ laborabũt aiaz suã ỏ manu flamme:nõ sũt prune q̃bꝫ calefiant:nec foc⁹ vt sedeant ad eũ. Sic facta sũt tibi:ī q̃buscũqꝫ laboraueras. Negociatores cui ab adolescencia tua: vnusq̃sqꝫ ī via sua errauerũt: nõ ẽ qui saluet te.

Capitulũ. XLVIII.

ysayas

Audite hec dom⁹ iacob q̄ vocamini noīe isrl̄ 7 de aq̄s iuda existis: qui iuratis ī noīe dñi. et dei isrl̄ recordamī: nō ī veritate neq; ī iusticia. De ciuitate em̄ sancta vocati sūt: 7 sup deū isrl̄ cō stabiliti sunt. Dñs exercituum nomē ei⁹. Priora extunc annūciaui 7 ex ore meo exierūt: 7 audita feci ea. repēte opat⁹ sum et venerunt. Sciui em̄ q̄ dur⁹ es tu: 7 neru⁹ tu⁹ ferre⁹: ceruix tua 7 frōs tua erea. Predixi tibi extūc: añq̄ venirēt indicaui tibi: ne forte dicēs ydola mea fecerūt hec: 7 sculptilia mea 7 pflatilia mea mādaverūt ista. Que audisti vidē oīa. Vos aūt nō annūciastis. Audita feci tibi noua extunc: sūt pseruata q̄ nescis. Modo creata sūt et ñ extūc: 7 añ diē: 7 ñ audisti ea: ne forte dicas ecce cognoui ea. Neq; audisti neq; cognouisti: neq; extunc apta ē auris tua. Scio em̄ q̄ p̄uaricans puaricaberis: 7 trāsgressorē ex vtero vocaui te. Propter nomē meū lōge faciaz furorē meuz: 7 laude mea infrenabo te ne ītereas. Ecce excoxi te sed ñ q̄si argētū: elegi te ī camīo pauptatis ppē me faciaz. Prouter me. vt ñ blasphemer: 7 gloriam meaz alteri ñ dabo. Audi me iacob: 7 israel quē ego voco. Egoipe: ego pm⁹ 7 ego nouissim⁹. Man⁹ q̄z mea fundauit terrā: 7 dextera mea mēsa ē celos. Ego vocabo eos: 7 stabūt simul. Cōgregami oēs vos 7 audite. Quis ō eis ānunciauit hec? Dñs dilexit eū: faciet volūtatē suā ī babilōe: 7 brachium suū ī chaldeis. Ego ego locut⁹ sū 7 vocaui eū: adduxi eū: 7 directa ē via ei⁹. Accedite ad me: 7 audite hoc. Nō a pncipio ī abscondito locut⁹ sū. Ex tpe añq̄ fierēt ibi erā: et nūc dñs de⁹ misit me 7 spūs ei⁹. Hec dicit dñs de⁹ redēptor tu⁹ sanct⁹ isrl̄. Ego do mi⁹ de⁹ tu⁹ docēs te vtilia: gubnās te in via q̄ ābulas. Vtinā attendisses mandata mea. Facta fuisz sicut flumē pax tua: 7 iusticia tua sicut guzgites maris. Et fuisz q̄si harena semē tuum: 7 stirps vteri tui vt lapilli eius. Nō interisz 7 ñ fuisz attritū nomen ei⁹ a facie mea. Egredimī de babilōe: fugite a chaldeis. In voce exultatōis annūciate: audituz facite hoc: 7 ferte illud vsq; ad extrēa tre. Dicite. Redemit dñs puū suū iacob. nō sicieīt ī deserto cū educēt eos. Aquā de petra pduxit eis: 7 scidit petrā 7 fluxerūt aq̄. Nō ē pax ipīs dicit dñs. Ca. XLIX.

Audite insule: et attendite pli de longe. Dñs ab vtero vocauit me: ō ventre mris mee recordat⁹ ē nominis mei. Et posuit os meū q̄si gladiū accutū: ī vmbra man⁹ sue ptexit me: 7 posuit me sicut sagittam electaz. In pharetra sua abscōdit me: 7 dixit mihi. Seru⁹ me⁹ es tu israel: q̄ ī te glorificabor. et ego dixi. In vacuū laboraui: sine causa 7 vane fortitudinē meā psūpsi. Ergo iudiciū meū cū dño: 7 op⁹ meū cū deo meo: 7 nūc. Nec dicit dñs formās me ex vtero seruū sibi: vt reducā iacob ad eū: 7 isrl̄ ñ pgregabit̄. Et glorifiat⁹ sū ī oculis dñi: 7 de⁹ me⁹ fact⁹ ē fortitudo mea. Et dixit. Parū ē vt sis mihi seru⁹ ad suscitandas trib⁹ iacob: 7 feces isrl̄ quertē das. Ecce dedi te in lucē gētiū: vt sis salus mea vsq; ad extremū terre. Hec dicit dñs. redēptor isrl̄. sanct⁹ ei⁹: ad pteptibilē aiaz ad abomiatā gentē ad seruū dñoz. Reges videbūt 7 psurgēt pncipes: 7 adorabūt ppt̄ dñm q̄ fidelis ē: 7 sanctuz isrl̄ q̄ elegit te. Hec dicit dñs. In tpe placito exaudiui te: 7 ī die salutis auxiliat⁹ suz tui. Et seruaui te 7 dedi te ī fed⁹ pli. vt suscitares terrā et possideres hēditates dissipatas: vt diceres vinctis q̄ vincti sūt exite: 7 his q̄ ī tenebris revelamī. Super vias pascent̄: 7 ī omīb⁹ planis pascua eor. Nō esuriēt neq; sitiēt: 7 ñ pcutiet eos estus 7 sol: qa miserator eor reget eos. 7 ad fōtes aq̄rū potabit eos. Et ponā oēs mōtes meos ī viā: 7 semite mee exalte būt̄. Ecce isti de lōge venient: et ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi et exultet terra: iubilate mōtes laudem: quia cōsolatus est dom⁹ populum suum. 7 paupm suorum miserebit̄. Et dixit sion. Dereliq̄t me dñs: et dñs oblitus est mei. Nūquid obliuisci potest mulier infantē suum: vt non misereatur filio vteri sui? Etsi illa oblita fuerit: ego tamē
• non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui corā oculis meis semper. Festinerunt structores tui: destruentes te et dissipantes. a te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti congregati sunt: venerunt tibi. Viuo ego dicit dñs: quia oīb⁹ his velut ornamēto vestieris: et circundabis tibi eos q̄si sponsa. Quia deserta tua et solitudines tue et terra ruine tue nūc āguste erūt pbabitatorib⁹:

et longe fugabũt qui absorbebant te. Adhuc dicent in auribꝰ tuis filij sterilitatis tue. Angustꝰ mihi locus: fac spaciũ mihi vt habitẽ. Et dices in corde tuo. Quis mihi genuit istos: Ego sterilis et nõ piens trãsmigrata et captiua: et istos qs enutriuit: Ego destituta et desolata: et isti vbi hic erãt: Hec dicit dñs deꝰ. Ecce leuabo ad gẽtes manũ meã: et ad pl'os exaltabo signũ meũ. Et asferent filios tuos in vlnis: et filias tuas super humeros portabũt. Et erũt reges nutricij tui: et regie nutrices tue. Vultu in terra demisso adorabũt te: et puluerẽ pedũ tuorum lingẽt. Et scies quia ego dñs: sup qꝫ nõ confũdẽt qꝫ expectãt eũ. Nũqd tollet a forti prda: aut qd captũ fuerit a robusto saluũ ee poterit: Quia hec dicit dñs. Etiã captiuitas a forti tollet: et qd ablatũ fuerit a te robusto saluabit. Eos vero q iudicauerũt te ego iudicabo: et filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibꝫ suis: et qsi musto sãguie suo inebriabũt. Et sciet oĩs caro qꝛ ego dñs saluãs te: et redẽptor tuus fortis iacob.

Capitulũ. L.

Hec dicit dñs. Quis ẽ hic liber repudij mris vre: q demisi eam: Aut qs ẽ creditor meꝰ: cui vẽdidi vos: Ecce in iniqtatibꝫ vris vẽditi estis et in sceleribꝫ vris demisi mrem vram: qꝛ veni et non erat vir: vocaui et nõ erat q audiret. Nũqd abbreuiata et puula facta ẽ manꝰ mea vt nõ possim redimere: aut nõ ẽ in me virtꝰ ad liberandũ: Ecce in increpatõe mea desertũ faciã mare: ponã flumina in siccũ. Cõputrescent pisces sine aqua: et morient in siti. Induam celos tenebris: et saccũ ponã operimẽtum eoꝝ. Dñs dedit mihi linguaz eruditam: vt sciam sustẽtare eũ q lassus ẽ verbo. Erigit mane. mane erigit mihi aurẽ: vt audiã qsi magrm. Dñs deꝰ aperuit mihi aurez: ego aũt nõ pdico: retrorsũ nõ abij. Corpꝰ meũ dedi percutientibꝫ et genas meas vellentibꝫ: faciem meaz nõ auerti ab increpãtibꝫ et conspuentibꝫ in me. dñs deꝰ auxiliator meꝰ: ideo nõ sũ confusus. Ideo posui faciẽ meaz vt petrã durissimam: et scio qm nõ confundar. Iuxta ẽ q iustificat me. Quis contradicit mihi: Stemꝰ simul. Quis ẽ aduersariꝰ meꝰ: Accedat ad me. Ecce dñs deꝰ auxiliator meꝰ. Quis ẽ q condemnet me: Ecce oes qsi vestimẽtũ conterent: tinea comedet eos. Quis ex vobis timẽs dñm audiẽs vocẽ serui sui: Quis ambulauit in tenebris: et nõ ẽ lumẽ ei: Speret in noĩe dñi: et innitat sup deũ suũ. Ecce vos oes accendẽtes ignẽ: accincti flãmis. Ambulate in lumĩe ignis vri: et in flãmis qs succẽdistis vobis. De manu mea fctm ẽ hoc vobis. In doloribꝫ dormietis.

Ca. .LI.

Audite me q seqmĩ qd iustũ ẽ: et qritis dñm. Attendite ad petrã vñ excisi estis: et ad cauernã laci d q ꝓci si estis. Attendite ad abraham prem vrm et ad sarã q pepit vos. Quia vnũ vocaui eũ: et benedixi ei: et multiplicaui eũ. Cõsolabitur ergo dñs sion: et consolabit oes ruinas eiꝰ. Et ponet desertũ eiꝰ qsi delicias: et solitudiez eiꝰ qsi ortũ domi. Gaudiũ et letitia inuenietꝫ in ea: gratiarũ actio et vox laudis. Attendite ad me pl'e meꝰ: et tribꝫ mea me audite. Quia lex a me exiet: et iudiciũ meũ in lucẽ populoꝝ requiescet. Prope ẽ iustꝰ meꝰ: egressus ẽ saluatorꝰ meꝰ: et brachia mea populos iudicabũt. Me insule expectabũt: et brachiũ meũ sustinebũt. Leuate in celũ oculos vros: et videte sub terra deorsũ. Quia celi sicut fumꝰ liquescẽt: et terra sicut vestimẽtũ atteretꝫ: et habitatores eiꝰ sicut hec interibũt. Salus aũt mea in sempiternũ erit: et iustitia mea nõ deficiet. Audite me q scitis iustũ: populꝰ meꝰ lex mea in corde eoꝝ. Nolite timere obprobriũ hoĩm: et blasphemias eorũz ne metuatis. Sicut eĩ vestimẽtũ sic comedet eos vermis: et sicut lanaz sic deuorabit eos tinea. Salꝰ aũt mea in sempiternũ erit: et iustitia mea in generatõnes generatõnũ. Cõsurge cõsurge: induere fortitudiez brachiũ dñi. Cõsurge sicut in diebꝫ antiqs: in generatõnibꝫ seculoꝝ. Nũqd nõ tu percussisti superbũ: vulnerasti draconẽ: Nũqd nõ tu siccasti mare: aquã abyssi vehemẽtis: Qui posuisti profũdaz maris viaz: vt trãsirẽt liberati. Et nũc q redempti sũt a dño reuertẽtꝫ: et venient in sion laudantes: et letitia sempiterna sup capita eoꝝ. Gaudiũ et letitiam tenebũt: fugiet dolor et gemitꝰ. Ego egoipse consolabor vos. Quis tu vt timeas ab hoĩe mortali et a filio hoĩs: q qsi fenum ita arescit: Et oblitꝰ es dñi factoris tui q tetendit celos et fũdauit terã: et formidasti iugiter tota die a facie furoris eiꝰ q te tribulabat et pauerat ad p tẽdũ. Vbi nũc ẽ furor tribulãtis: Cito veniet gradiẽs ad apiendũ: et nõ interficiet vsqz ad itermitꝫ: nec deficiet

panis eiꝰ. Ego enī sū dñs deus tuꝰ qui con turbo mare et intumescūt fluctꝰ eius: dñs exercituū nomē meū. Posui verba mea in ore tuo: et in umbra manꝰ mee protexi te: vt plātes celos ⁊ fūdes ērā: et dicas ad sion: pꝓlus meus es tu. Eleuare eleuare: surge ihrlm: q̄ bibisti de manu dñi calicē ire eiꝰ. Calicē soporis bibisti: ⁊ potasti usq; ab fundū calicis soporis bibisti: ⁊ potasti usq; ab feces. Nō ē q̄ sustētet eā ex oīb⁹ filijs q̄s genuit: ⁊ nō ē q̄ apprehēdat manū eiꝰ ex oīb⁹ filijs q̄s enutriuit. Duo sunt q̄ occurrerūt tibi. Quis contristabit̄ sup te: Vastitas ⁊ contritō ⁊ fames ⁊ gladiꝰ: q̄s consolabit̄ te: Filij tui precti sūt: dormierūt i capite oīm uiarū sicut orix illaqatus: pleni ire indignatōe dñi: increpatōe dei tui. Idcirco audi hoc paupcula. et ebria nō a uino. Hec dicit dñator tuꝰ dñs: et deꝰ tuꝰ q̄ pugnauit pꝓ pꝓlo suo. Ecce tuli de manu tua calicē soporis: fundū calicis indignatōnis mee. Non adicies ut bibas illū ultra. Et ponā illū in manu eorꝝ q̄ te humiliauerūt ⁊ dixerūt aīme tue incuruare ut transeamꝰ: et posuisti ut terrā corpꝰ tuū: ⁊ q̄si uiā trāseūtibꝰ. Ca. LII.

Consurge cōsurge: induere fortitudie tua sion. Induere uestimētis glorie tue hierusalez ciuitas sācta qꝛ nō adiciet ultra ut pertranseat pꝓ te incircūcisus ⁊ immūdus. Excutere de puluere: cōsurge: sede ihrlm. Solue uincula colli tui captiua filia sion: quia hec dicit dñs. Gratis uenūdati estis: ⁊ sine argēto redimemini. Quia hec dicit dñs deꝰ. In egiptū descēdit pꝓlus meꝰ i principio ut colonꝰ essz ibi: ⁊ assur absq; ulla causa calūniatus ē eū. Et nūc q̄d mihi ē hic dicit dñs: Qm̄ ablatꝰ ē pꝓlus meꝰ gratis. Dñatores eiꝰ iniq̄ agūt dicit dñs: te iugiter tota die nomē meum blasphemat̄. Propē hoc sciet pꝓlus meꝰ nomen meū i die illa: qꝛ egoipe q̄ loqbar ecce assum. Quā pulcri sup montes pedes ānūciantis ⁊ pdicātis pacē: annūciātis bonū pdicantis salutē: dicentis sion. Regnabit deꝰ tuꝰ. Vox speculatorꝝ tuorꝝ. Leuauerūt uocē: sil laudabūt: qꝛ oculo ad oculū uidebunt: cū conuerterit dñs sion. Gaudete ⁊ laudate simul deserta ihrlm: qꝛ consolatꝰ ē dñs pꝓlm suū: redemit ihrlm. Parauit dñs brachiū scm suū in oculis oīm gentiū: et uidebūt oēs fines terre salutare dei nri. Recedite recedite: exite inde: pollutū nolite tāgere. Exite de medio eiꝰ: mūdamini q̄ fertis uasa dñi. Qm̄ nō in tumultu exibitis: nec i fuga pperabitis. Precedet enī uos dominꝰ: ⁊ congregabit uos deꝰ isrl. Ecce intelliget puer meus: exultabit̄ ⁊ eleuabit̄: ⁊ sublimis erit ualde. Sicut obstupuerūt super eū multi: sic iglorius erit inter uiros aspectus eiꝰ ⁊ forma eiꝰ inter filios hōim. Iste asperget gētes multas: sup ipm continebunt reges os suū. Quia quib⁹ nō est narratum de eo uidebunt: et qui non audierunt contemplati sunt. Capitulum .LIII.

Verbũ qđ factũ est ad hieremiaz de omñi ꝓplo iude ī anno q̃rto ioachim filij iosie regis iuda: ipe est annus ꝑmus nabuchodonosor regis babilõis. Et locutus est hieremias ꝓpha ad omẽz ꝓplm iuda 7 ad vniuersos habitatores birlm dicens. A tercio decimo ãno iosie filij ãmon regis iuda vsq̃ ad diẽ hanc iste ẽ tercius 7 vicesimus ãnus: factum est verbũ dñi ad me: 7 locutus sum ad vos de nocte cõsurgens 7 loquẽs 7 nõ audistis. Et misit dñs ad vos omẽs ſuos suos ꝓphas ꝯsurgẽs diluculo mittensq̃ 7 nõ audistis: neq̃ inclinastis aures vr̃as vt audiretis cũ diceret. Reuertimini vnusquisq̃ a via sua mala. et a pessimis cogitatõibꝰ vr̃is: 7 habitabitis in ťra quã dedit dñs vob 7 pribꝰ vr̃is a seculo 7 vsq̃ ī scl'm. Et nolite ire post deos alienos vt ſuiatis eis adoretisq̃ eos: neq̃ me ad iracundiã ꝓuocetis ī opibꝰ manuũ vr̃aꝝ. 7 nõ affligaz vos. Et nõ audistis me dicit dñs: vt me ad iracundiã ꝓuocaretis in opibꝰ manuũ vr̃aꝝ ī malũ vestꝝ. Propterea hec dicit dñs exercituũ. Proeo q̃ nõ audistis ỏba mea: ecce ego mittã 7 assumaz vniuersas cogtiones aquilonis ait dñs 7 nabuchodonosor regez babilonis ſeruũ meũ 7 adducã eos sup terrã istaz 7 sup habitatores eiꝰ 7 sup omẽs natões q̃ in circuitu eiꝰ sunt: 7 ītrficiã eos 7 ponã eos ī stuporẽ 7 in sibilũ 7 ī solitudies sempiternas. Perdãq̃ ex eis vocẽ gaudij 7 vocẽ leticie: vocẽ sponsi 7 vocẽ spõse: vocẽ mole 7 lumẽ lucerne. Et erit vniuersa ťra eius in solitudinẽ 7 ī stuporẽ: 7 ſuiẽt omẽs gẽtes iste regi babilõis septuaginta ãnis. Cũq̃ ꝛpleti fuerint ãni septuaginta visitabo super regẽ babilõis 7 sup gẽtẽ illã dicit dñs iniq̃tatẽ eoꝝ: et sup ťraz chaldeoꝝ: 7 ponã illã ī solitudies sempiťnas. Et adducã sup ťraz illã oĩa ỏba mea q̃ locutꝰ sum ꝑ eaz: omñe qđ scriptũ ẽ ī libro isto. q̃cunq̃ ꝓphauit hieremias aduersũ oẽs gentes: q̃ ſuiŕt eis cũ eẽnt gẽtes mlte 7 reges magni. Et reddã eis ſm opa eoꝝ: 7 ſm facta manuum suaꝝ. Quia sic dicit dñs exercituũ deꝰ ísrl. Sume calicẽ vini furoris huiꝰ de manu mea: 7 ꝓpinabis de illo cũctis gentibus ad q̃s ego mittã te 7 bibẽt: 7 turbabũtur 7 ĩsanient a facie gladij quẽ ego mittã ínť eos. Et accepi calicem de manu dñi. et ꝓpinaui cũctis gẽtibꝰ ad q̃s misit me dñs: hirlm 7 ciuitatibꝰ iude 7 regibꝰ eiꝰ 7 ꝓncipibꝰ eius vt darẽ eos in solitudinẽ 7 ī stuporẽ 7 ī sibilũ 7 in maledictõz sicut ẽ dies ista: 7 pharaoni regi egipti 7 ſuis eiꝰ 7 ꝓncipibꝰ eiꝰ 7 omñi ꝓplo eiꝰ: 7 vniuerſ generalitẽ cũctis regibꝰ ťre ausitidis. 7 cũctis regibꝰ ťre philistijm 7 ascalonis 7 gaze 7 accaroni et reliq̃s azoti: ydumee 7 moab et filijs ãmon 7 cũctis regibꝰ tijri 7 vniuerſ regibꝰ sydonis 7 regibꝰ ťre insulaꝝ q̃ sunt trans mare: 7 dedan 7 theman 7 buz 7 vniuerſ q̃ attõsi sũt ī comã 7 cũctis ſgibꝰ arabie 7 cũctis regibꝰ occidẽtis q̃ hĩtãt ī deſto 7 cũctis regibꝰ zambri 7 cũctis ſgibꝰ elam et cũctis regibꝰ medoꝝ 7 cunctis q̃s regibꝰ aq̃lonis de ꝓpe 7 delõge: vnicuiq̃ ꝯť ſrez suũ: 7 oĩbꝰ regnis ťre q̃ sup faciẽ eiꝰ sunt. Et rex sesach bibet post eos. Et dices ad

eos. Hec dicit dñs exercituū de⁹ isrł. Bibite ⁊ inebriamī: ⁊ fomite ⁊ cadite: neq̄ surgatis a facie gladij quē ego mittā inē vos Cūq̄ noluerīt accipe calicē de mānu tua vt bibant: dices ad eos. Hec dicit dñs exercituū. Bibētes bibetis. Quia ecce i ciuitate i q̄ inuocatū ē nomē meū ego incipio affligē: vos q̄si inocētes ⁊ imunes eritis. Nō eritis imunes. Gladiū ei ego voco sup oēs habitatores ēre: dicit dñs exercituū. Et tu prophetabis ad eos oia vba hec: et dices ad illos. Dñs de excelso rugiet: et de habitaculo scto suo dabit vocē suā. Rugiēs rugiet super decorē suū. Celeuma q̄si calcātiū i torcularibus pcinet aduersus oēs hitatores ēre. Peruenit sonit⁹ vsq̄ ad extrema ēre: q̄ iudiciū dño cum gētibus. Judicat ipe cū oi carne. Impios ēdidi gladio dicit dñs. Hec dicit dñs exercituū. Ecce afflictio egredief de gēte i gentē: ⁊ ēbo magn⁹ egredief de sūmitatibus ēre: ⁊ erūt interfecti dñi in die illa a sūmo ēre vsq̄ ad summū ei⁹. Nō plāgent ⁊ nō colligēt neq̄ sepelient: i sterquiliniō sup faciē ēre iacebūt. Ululate pastores ⁊ clamate. ⁊ aspgite vos cinē optimates gregis: q̄ pleti sūt dies vī vt interficiamini: ⁊ dissipabō vē. ⁊ cadetis q̄si vasa pciosa. Et pibit fuga a pastoribus: ⁊ salutacio ab optimatibus gregis. Vox clamoris pastop ⁊ vlulat⁹ optimatū gregis: q̄ vastauit dñs pascua eop: ⁊ pticuerunt arua pacis a facie ire furoris dñi. Dereliq̄t q̄si leo umbraculuz suū: facta est ēra eop i desolatōz a facie ire colūbe: et a facie ire furoris domini.

Capitulum. XXVI.

In pncipio regni ioachim filij iosie regis iuda fct̄m est verbuz istud a dño dicens. Hec dicit dñs. Sta in atrio dom⁹ dñi: et loq̄ris ad oēs ciuitates iuda de q̄bus veniūt vt adorent i domo dñi vniuersos ꝓmones: q̄s ego mādaui tibi vt loq̄ris ad eos. Noli subtrahere verbū: si forte audiāt ⁊ quertat⁹ vnus q̄sq̄ a via sua mala: ⁊ penitēat me mali q̄d cogito facere eis ꝓpt̄ malicias studiop eop. Et dices ad eos. Hec dicit dñs. Si nō audieritis me vt ambuletis i lege mea quā dedi vob vt audiatis ꝓmonē ꝙuop meop ꝓphap q̄s ego misi ad vos de nocte ꝙsurgēs ⁊ dirigēs ⁊ nō audistis: dabo domū istā sicut silo: ⁊ vrbem hāc dabo i maledictōz cūctis gentibus ēre.

Et audierūt sacerdotes et ꝓphe et oīs ꝓplus hieremiaz loquentē vba hec i domo dñi. Cū q̄ pplesset hieremias loquēs oīa q̄ pcepat ei dñs vt loq̄ret ad vniuersuz ꝓplm: apprehenderūt eū sacerdotes ⁊ ꝓphe ⁊ oīs ꝓplus dicēs. Morte moriat. Quare ꝓphauit in noīe dñi dicēs: sicut silo erit dom⁹ hec. et urbs ista desolabit eoq̄ nō sit hitator? Et congregat⁹ est oīs ꝓplus aduersus hieremiaz i domo dñi. Et audierūt pncipes iuda oīa vba hec: ⁊ ascenderūt ō domo regis in domū dñi: ⁊ sederūt in itroitu portē dom⁹ dñi noue. Et locuti sunt sacerdotes ⁊ ꝓphe ad pncipes ⁊ ad omnez ꝓplm dicētes. Judiciū mortis ē viro huic: q̄r ꝓphauit aduersus ciuitatē istā sicut audistis auribus vīs. Et ait hieremias ad oēs pncipes ⁊ ad vniuersuz ꝓplm dicēs. Dñs misit me vt ꝓpharez ad domū istā ⁊ ad ciuitatē hāc oīa vba q̄ audistis. Nunc ḡ bonas facite vias vās ⁊ studia vīa: ⁊ audite vocē dñi dei vī: ⁊ penitebit dñm mali q̄d locut⁹ est aduersuz vos. Ego aut ecce in manibus vīs sū: facite mihi q̄d bonū ⁊ rectū ē in oculis vīs. Cerunt̄ scitote ⁊ cognoscite: si occideritis me sāguinez inocentē dabitis sup vosmetipos ⁊ sup ciuitatē istā ⁊ hitatores ei⁹. In veritate enī misit me dñs ad vos: vt loq̄rer i auribus vīs oīa vba hec. Et dixerūt pncipes et oīs ꝓplus ad sacerdotes ⁊ ad ꝓphas. Nō est viro huic iudiciū mortis: q̄r i noīe dñi dei nr̄i locut⁹ ē ad nos. Surrexerūt ḡ viri de senioribus ēre: ⁊ dixerūt ad oēz cetū ꝓplī loquētes. Micheas de morasthin fuit ꝓpha in diebus ezechie regis iuda: ⁊ ait ad omnez ꝓplm iude dicēs. Hec dicit dñs exercituū. Sion quasi ager arabit̄: et hirłm in aceruū lapidū erit: et mons dom⁹ i excelsa siluap. Nunq̄d morte pdemnauit eū ezechias rex iuda ⁊ omnis iuda? Nunq̄d nō timuerūt dñm et deprecati sunt faciē dñi: ⁊ penituit dñm mali q̄d locutus fuerat aduersū eos? Itaq̄ nō faciamus malū grande ꝓt̄ anias nras. Fuit aut vir ꝓphetans i noīe dñi urias fili⁹ semei de cariathiarim: et ꝓphetauit aduersus ciuitatem istā. ⁊ aduersus ēraz hanc iuxta oīa verba hieremie. Et audiuit rex ioachim ⁊ oēs potentes ⁊ pncipes eius vba hec: ⁊ q̄siuit rex interficere eū. Et audiuit urias ⁊ timuit: fugitq̄ ⁊ ingressus ē egiptū. Et misit rex ioachim viros i egiptū helchana filiū

achobor ꝙ viros cū eo in egiptū. Et eduxe
rūt uriaz de egipto: et adduxerūt eū ad regē
ioachim ꝙ pcusſit eū gladio: ꝙ piecit cada-
uer eiꝰ ī ſepulcris vulgi ignbilis. Igit̄ ma-
nꝰ aichā filij ſaphan fuit cū hieremia vt ñ
t̄raret̄ ī manꝰ ꝓpli ꝙ ītrficēt eū. ¶ Capi.

In ꝓncipio regni ioa- .XXVII.
chim filij ioſie regis iude factum ē
v̄bū iſtud ad hieremiam a dño di-
cēs. Hec dicit dñs ad me. Fac tibi vīcula ꝙ
cathenas ꝙ pones eos ī collo tuo: ꝙ mittes
eas ad regē edom ꝙ ad regē moab ꝙ ad regē
filior ām̄on ꝙ ad regē tyri ꝙ ad regē sydo-
nis ī manu nūcior q̄ venerūt hirl'm ad se-
dechiaz regē iuda: ꝙ p̄cipies eis vt ad dños
ſuos loq̄nt̄. Hec dicit dñs exercituum deꝰ
iſrl'. Hec dicetis ad dños vr̄os. Ego feci t̄-
rā ꝙ hoiez ꝙ iumēta q̄ ſunt ſup faciē t̄re in
fortitudīe mea mag̃. ꝙ ī brachio meo extē-
to: ꝙ dedi eaz ei q̄ placuit ī oculis meis. Et
nūc itaq; ego dedi oēs t̄ras iſtas ī manu
nabuchodonoſor regis babilōis ſui mei:
inſup ꝙ beſtias agri dedi ei vt ſuiāt illi: ꝙ
ſuiēt ei oēs gentes ꝙ filio eiꝰ ꝙ filio filij eiꝰ
donec veniat tp̄us t̄re eius ꝙ ip̄ius. Et ſer-
uiēt ei gentes multe ꝙ reges magni: gens
aī et regnū qđ ñ ſuierit nabuchodonoſor
regi babilōis et q̄cunq; ñ curuaueit collū
ſuū ſub iugo regis babilōis in gladio ꝙ in
fame et in peſte viſitabo ſup gentē illā ait
dñs: donec ꝯſumā eos in manu eiꝰ. Vos g̃
nolite audire ꝓphas vr̄os ꝙ diuinos ꝙ ſom-
niatores ꝙ augures et maleficos qui dicūt
vob̄ nō ſuietis regi babilōis: qr̄ mendatiū
ꝓphetāt vob̄ vt lōge faciāt vos de t̄ra vr̄a:
et eiciāt vos et peatis. Porro gens q̄ ſub-
iecerit ceruicez ſuā ſub iugo regis babilo-
nis ꝙ ſuierit ei ꝙ dimittā eā in t̄ra ſua di-
cit dñs: ꝙ colet eā ꝙ hītabit ī ea. Et ad ſede-
chiaz regē iuda locutꝰ ſuz ſm̄ oīa v̄ba hec
dicens. Subicite colla vr̄a ſub iugo regis
babilonis: ꝙ ſuite ei ꝙ ꝓpl'o eius: ꝙ viuetis.
Quare moriemī tu ꝙ ꝓpl's tuꝰ gladio. fame
ꝙ peſte: ſicut locutꝰ ē dñs ad gentē q̄ ſuire
noluerit regi babilōis: Nolite audire v̄ba
ꝓphar vr̄os dicentiū vob̄ nō ſuietis regi babi-
lonis: qr̄ mēdaciū ip̄i loquunt̄ vob̄. Quia
non miſi eos ait dñs: ꝙ ip̄i ꝓphetāt in noīe
meo mēdacit̄: vt eiciant vos ꝙ peatis tam
vos q̄ ꝓphete q̄ vaticinant̄ vob̄. Et ad ſa-
cerdotes ꝙ ad ꝓpl'm iſtū locutus ſum dicēs.

Hec dicit dñs. Nolite audire verba ꝓphar
vr̄oꝝ q̄ ꝓphetant vobis dicentes: ecce vaſa
dñi reuertent̄ de babilone nūc citō. Men-
dacium em̄ ꝓphetant vob̄. Nolite g̃ audire
eos: ſed ſeruite regi babilonis vt viuatis.
Quare dat̄ hec ciuitas in ſolitudinē? Etſi
ꝓphete ſūt. et eſt verbū dñi in eis occurrāt
dño exercituū: vt nō veniāt vaſa q̄ t̄reli-
cta fuerāt ī domo dñi et ī domo regis iuda
et ī hirl'm in babilonē. Quia hec dicit dñs
exercituū ad colūnas et ad mare ꝙ ad ba-
ſes ꝙ ad reliq̄ vaſoꝝ q̄ manſerūt in ciuita-
te hac: q̄ nō tulit nabuchodonoſor rex ba-
bilonis cū tranſferret iechoniaz filiū ioa-
chim regē iuda de hirl'm in babilonē ꝙ oēs
optimates iuda et hirl'm. Quia hec dicit
dñs exercituū deus iſrl' ad vaſa q̄ derelicta
ſunt ī domo dñi ꝙ ī domo regis iuda ꝙ hie-
ruſalem. In babilonem tranſferent̄: ꝙ ibi
erūt uſq; ad diē viſitationis ſue dicit dñs.
Et afferri faciam ea et reſtitui ī loco iſto.

¶ Capitulum. .XXVIII.

Et factū eſt ī anno illo ī ꝓncipio
regni ſedechie regis iuda in anno
q̄rto ī mēſe quīto: dixit ad me ana-
nias filiꝰ azur ꝓpha de gabaon ī domo dñi
coram ſacerdotib̄ et oñi ꝓpl'o dicēs. Hec di-
cit dñs exercituū deus iſrl'. Contriui iugū
regis babilonis. Adhuc duo anni dieꝝ: et
ego referri faciā ad locū iſtū oīa vaſa dñi
q̄ tulit nabuchodonoſor rex babilonis de
loco iſto et trāſtulit ea ī babilonē. Et ibe-
coniam filiū ioachim regez iuda et oñem
trāſmigtionē iude q̄ ingreſſi ſunt ī babilo-
nem ego ꝯuertā ad locū iſtū ait dñs. Con-
terā em̄ iuguz regis babilōis. Et dixit hie-
remias ꝓpha ad ananiam ꝓphetā in oculis
ſacerdotū ꝙ ī oculis oīs ꝓpli q̄ ſtabat in do
mo dñi: ꝙ ait hieremias ꝓpha. Amē ſic fa-
ciat dñs. Suſcitet dñs v̄ba tua q̄ ꝓpheta-
ſti: vt referāt̄ vaſa ī domū dñi: ꝙ oīs trāſ-
migtio de babilone ad locū iſtū. Verunt̄
audi verbū hoc qđ ego loq̃r ī aurib̄ tuis:
et ī aurib̄ vniuerſi ꝓpli. Prophete q̄ fuer
añ me ꝙ te ab initio ꝙ ꝓphetauer ſup t̄ras
mlt̄as ꝙ ſup regn̄ de p̄lio ꝙ de afflictōne ꝙ de
fame: ꝓpha q̄ vaticinatꝰ eſt pacē cū vene-
rit verbū eius: ſcieť ꝓpha quē miſit dñs ī
veritate. Et tulit ananias ꝓpha cathenam
de collo hieremie ꝓphete: ꝙ ꝯfregit eaz. Et
ait ananias ī ꝯſpectu oīs ꝓpli dicens. Hec

dicit dñs. Dic ꝓfringaz iugũ nabuchodonoſoꝛ regis babilõis p̃ duos ãnos diez ꝺ collo oĩm gentiũ. Et abijt hieremias ꝓpha in viã ſuaz. Et fc̃m ẽ verbũ dñi ad hieremiã poſtq̃ ꝓfregit ananias ꝓpha cathenã de collo hieremie ꝓphete dicẽs. Vade: ⁊ dices ananie. Hec dicit dñs. Cathenas ligneas ꝓtriuiſti ⁊ facies p eis cathenas ferreas: qꝛ hec dicit dñs exercituũ de⁹ iſrl̃. Jugz ferreũ poſui ſup collũ cũctaz gentiũ iſtaz vt ſeruiãt nabuchodonoſoꝛ regi babilonis: ⁊ ſeruiẽt ei: ĩſup ⁊ beſtias t̃re dedi ei. Et dixit hieremias ꝓpha ad ananiã ꝓphaz Audi anania. Nõ miſit te dñs: ⁊ tu ꝓfidere feciſti ꝓp̃lm iſtũ in mendacio. Idcirco hec dicit dñs. Ecce ego mittã te a facie terre. Hoc ãno morieris. Aduerſũ ei dñm locutus es. Et mortu⁹ eſt ananias ꝓpha in ãno illo menſe ſeptimo.

Capi. XXIX.

Et hec ſũt ẽba libri quẽ miſit hieremias de hirl̃m ad reliquias ſenioꝛ tranſmigratõnis et ad ſacerdotes et ad ꝓphetas et ad omnez populum quem t̃duxerat nabuchodonoſoꝛ de hirl̃m ĩ babilonẽ: poſtq̃ egreſſus eſt iechonias rex et dña ⁊ eunuchi ⁊ p̃ncipes iuda ⁊ hirl̃m ⁊ faber ⁊ icluſoꝛ de hirl̃m ĩ manu elaſa filij ſaphan et gamalie filij helchie q̃s miſit sedechias rex iuda ad nabuchodonoſoꝛ regem babilonis ĩ babilonẽ: dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ de⁹ iſrl̃ omñi tranſmigr̃tõi quã tranſtuli de hirl̃m ĩ babilonẽ. Edificate domos ⁊ habitate: ⁊ plãtate ortos ⁊ ꝓmedite fructũ eoꝝ. Accipite vxores ⁊ generate filios ⁊ filias: ⁊ date filijs vr̃is vxores ⁊ filias veſtras viris date. ⁊ pariãt filios ⁊ filias: et mlt̃iplicabimĩ ibi ⁊ nolite eẽ pauci numero: ⁊ q̃rite pacẽ ciuitatis ad quã tranſmig̃re vos feci et orate p ea ad dñm: qꝛ ĩ pace illi⁹ erit pax vob̃. Hec dicit dñs exercituũ de⁹ iſrl̃. Nõ vos ſeducãt ꝓphe vr̃i q̃ ſunt in medio vr̃m ⁊ diuini vr̃i: et ne attẽdatis ad ſõnia vr̃a q̃ vos ſõniatis qꝛ falſo ipi ꝓphetant vob̃ in noĩe meo: ⁊ non miſi eos dicit dñs. Quia hec dicit dñs. Cũ ceperint ĩplerí in babilone ſeptuagĩta ãni viſitabo vos et ſuſcitabo ſup vos ẽbũ meũ bonũ: vt reducã vos ad locũ iſtũ. Ego ei ſcio cogitatões q̃s cogito ſup vos ait dñs. cogitatões pacis ⁊ nõ afflictõis vt dem vob̃ finẽ ⁊ pacienciã: inuocabitis me ⁊ viuetis. ⁊ orabitis me ⁊ ego exaudiã vos: q̃retis me ⁊ ĩuenietis. Cũ q̃ſieritis me ĩ toto coꝛde vr̃o: inueniar a vob̃ ait dñs. Et reducaz captiuitatẽ vr̃az: ⁊ ꝓgregabo vos de vniuerſ̃ gẽtibus et de cũctis locis ad q̃ expuli vos dicit dñs. Et reuerti vos faciã de loco ad quem trãſmig̃re vos feci: qꝛ dixiſtis. Suſcitauit nob̃ dñs ꝓphas ĩ babilone. Quia hec dicit dñs ad regẽ qui ſedet ſup ſoliũ dauid ⁊ ad omñez p̃lm habitatoꝛẽ vr̃bis hui⁹: ad fr̃es vr̃os q̃ nõ ſũt egreſſi vobiſcũ in trãſmig̃tionẽ. Hec dicit dñs exercituũ. Ecce mittaz ĩ eos gladiũ ⁊ famẽ ⁊ peſtẽ: ⁊ ponã eos q̃ſi ficus malas q̃ ꝺmedi non p̃nt eoꝝ peſſime ſint: ⁊ pſeq̃r eos ĩ gladio ⁊ ĩ fame ⁊ ĩ peſtilẽcia. Et dabo eos ĩ vexatõez vniuerſis regnis t̃re ĩ maledictõz ⁊ ĩ ſtupoꝛẽ ⁊ ĩ ſibiluz et ĩ obꝓbriũ cũctis gẽtibꝫ ad q̃s ego eieci eos: eoꝝ ñ audierint ẽba mea dicit dñs q̃ miſi ad eos p ſuos meos ꝓphas de nocte ꝓſurgẽs ⁊ mittẽs: ⁊ nõ audiſtis dicit dñs. Vos q̃ audite verbũ dñi omñis trãſmig̃tionis quã emiſi de hirl̃m ĩ babilonem. Hec dicit dñs exercituũ de⁹ iſrl̃ ad ahab filiũ cholie ⁊ ad sedechiaz filiũ maaſie q̃ ꝓphetant vob̃ in noĩe meo mẽdacit̃. Ecce ego t̃daz eos in in man⁹ nabuchodonoſoꝛ regis babilõis: et ꝑcutiet eos ĩ oculis vr̃is. Et aſſumet̃ ex eis maledictõ oĩ trãſmig̃tõi iude. q̃ ẽ ĩ babilone dicẽtiũ. Ponat te dñs ſicut sedechiam ⁊ ſicut ahab q̃s frixit rex babilonis in igne: p eo q̃ fecerit ſtulticiã in iſrl̃ et mechati ſũt in vxoꝛes amicoꝝ ſuoꝝ: ⁊ locuti ſũt ẽbũ ĩ noĩe meo mẽdacit̃ qđ nõ mãdaui eis. Ego ſũ iudex ⁊ teſtis dicit dñs. Et ad semeiam neelamiten dices. Hec dicit dñs exercituũ de⁹ iſrl̃. Proeo q̃ miſiſti in noĩe meo libꝛos ad omñez p̃lm q̃ eſt in hirl̃m et ad ſophoniam filiũ maaſie ſacerdotẽ et ad vniuerſos ſacerdotes dicẽs: dñs dedit te ſacerdotez p ioiade ſacerdote vt ſis dux ĩ domo dñi ſup omñez viz arrepticiũ ⁊ ꝓphetãtez vt mittas eũ in neruũ ⁊ in carcerẽ. Et nũc q̃re nõ icrepaſti hieremiaz anathotiten q̃ ꝓphetat vob̃: Quia ſup hoc miſit ĩ babilonẽ ad nos dicẽs. Lõguz ẽ: edificate domos ⁊ hĩtate: plãtate ortos ⁊ ꝓmedite fructu⁹ eoꝝ. Legit q̃ ſophonias ſacerdos libz iſtũ in auribꝫ hieremie ꝓphete. Et fc̃m eſt ẽbũ dñi ad hieremiã dicẽs. Mitte ad omñez t̃nſmig̃tõz dicẽs. Hec dicit dñs ad ſemeiaz

neelamiten. Pro eo q̄ ꝓphauit vob̄ semei-
as ꝙ ego ñ misi eū: ꝙ fecit vos confidē in mē-
dacō: idcirco hec dicit dñs. Ecce ego visita
bo sup semeiā neelamiten et sup semē ei⁹.
Nō erit ei vir sedēs ī medio pl̄i h⁹: ꝙ ñ vi-
debit bonū q̄ ego faciā pl̄o meo ait dñs:
q̄ puaricacōz locut⁹ ē aduersus dñm. Ca.

Hoc vbū q̄ fct̄m ē ad hie- XXX.
remiam a dño dicēs. Hec dicit dñs
de⁹ isrl̄ dicēs. Scribe tibi oia vba q̄
locut⁹ sum ad te ī libro. Ecce ei dies veniūt
dicit dñs: ꝙ puertā puersiōez pl̄i mei isrl̄
ꝙ iuda ait dñs: ꝙ puertam eos ad t̄rā quā
dedi pribo eoz ꝙ possidebūt eā. Et hec vba
q̄ locut⁹ ē dñs ad isrl̄ et iudaz: qm̄ hec di-
cit dñs. Vocē troris audiuim⁹: formido: ꝙ
non est paz. Interrogate ꝙ videte si generat
mascul⁹. Quare g̃ vidi oīs viri man⁹ sup
lūbū suuz q̃si pturientis: Et puerse sūt vni-
uerse facies ī auriginē. Ue q̄ mag̃ dies il-
la nec ē simil ei⁹: tēpusq̄ tribulacōis ē ia-
cob: ꝙ ex ipo saluabit. Et erit: ī die illa ait
dñs exercituū pterā iugū ei⁹ de collo tuo:
et vincula ei⁹ dirūpā. Et ñ dñabūt ei am-
plius alieni: sed fuiet dño deo suo: et da-
uid regi suo quē suscitabo eis. Tu g̃ ne ti-
meas fue me⁹ iacob ait dñs: neq̄ paueas
isrl̄: q̄ ecce ego saluabo te de t̄ra longinq̄
et semē tuū de t̄ra captiuitatis eoz. Et re-
uertet̄ iacob ꝙ q̃escet: ꝙ cūctis affluet bo-
nis. ꝙ nō erit quē formidet: qm̄ tecū ego sū
ait dñs vt saluē te. Faciā em̄ cōsumatōz in
cūctis gentibo ī q̄bo dispsi te: te aī nō faci-
am ī cōsumatōz: sz castigabo te ī iudicō vt
nō tibi videaris inoxius: q̄ hec dicit dñs.
Insanabil̄ fract̄a tua: pessima plaga tua.
Nō est q̄ iudicet iudiciū tuū: ad alligandū
curatōz tuā vtilitas nō ē tibi. Omnes ama-
tores tui oblīti sūt tui: tēq̄ ñ querēt. Pla-
ga ei inimici pcussi te: castigatōe crudeli.
Propt̄ ml̄titudinē iniqtatis tue dura fct̄a
sūt pct̄a tua. Quid clamas sup contritione
tua: Insanabilis ē dolor tu⁹. Propt̄ mul-
titudinē iniqtatis tue ꝙ dura pct̄a tua fe-
ci hec tibi. Propterea oēs q̄ comedūt te de-
uorabunt̄: ꝙ vniuersi hostes tui ī captiui-
tate ducēt̄. Et omnes q̄ te vastāt vastabū-
tur: cūctosq̄ p̄datores tuos dabo ī predā.
Obducā ei cicatricē tibi: ꝙ a vulneribo tu-
is sanabo te dicit dñs. Quia electaz voca-
uert te sion: hec ē q̄ nō habebat requrentē.

Hec dicit dñs. Ecce ego puertam puersi-
onē tabernaculoz iacob: ꝙ tectis eius mise-
rebor. Et edificabit̄ ciuitas ī excelso suo:
ꝙ tēplū iuxta ordinē suū fūdabit̄. Et egre-
diet̄ de eis laus vorq̄ ludentiū: ꝙ ml̄tipli-
cabo eos ꝙ ñ minuent̄: ꝙ glorificabo eos ꝙ
nō attenuabunt̄: ꝙ erūt filij ei⁹ sicut a pn-
cipio: ꝙ cet⁹ ei⁹ coram me pmanebit. Et vi-
sitabo aduersū omnes q̄ tribulāt eū: et erit
dux ei⁹ ex eo: ꝙ pnceps ō medio ei⁹ pduce-
tur. Et applicabo eū: ꝙ accedz ad me. Quis
enī iste est q̄ applicet cor suū: vt appropinq̄t
mihi ait dñs: Et eritis mihi ī pl̄m: et ego
ero vob̄ ī deū. Ecce turbo dñi furor egre-
diēs: procella ruens ī capite impioz q̃escet.
Nō auertet ira īdig̃tois dñs: donec faciat
et compleat cogitatōz cordis sui. In nouissi-
mo diez intelligetis ea. Ca. XXXI.

In tēpe illo dicit dñs ero de⁹ vni-
uersis pgnationib isrl̄: et ipi erūt
mihi ī pl̄m. Hec dicit dñs. Inuenit
grāz in deserto pl̄us q̄ remāserat gladio.
Uadet ad requiē suaz isrl̄. Lōge dñs appa-
ruit mihi. Et ī charitate perpetua dilexi te:
ideo attraxi te miserans. Rursūq̄ edificabo
te: ꝙ edificabēis vgo isrl̄. Adhuc ornabēis
timpanis tuis: et egredieris ī choro lusti-
tiū. Adhuc plantabis vineas ī mōtib samarie. Plātabūt plantātes: ꝙ donec tp̄us
veniat ñ vindemiabūt: q̄ erit dies ī q̄ cla-
mabūt custodes ī mōte ephraim. Surgite
ꝙ ascēdam⁹ ī syon ad dñm deū nr̄m: q̄ hec
dicit dñs. Exultate ī letitia iacob: et hin-
nite p caput gentiū: psonate ꝙ canite: et
dicite. Salua dñe pl̄m tuum reliq̄as isrl̄.
Ecce ego adducā eos de t̄ra aq̄lonis: ꝙ cō-
gregabo eos ab extremis t̄re: inter q̄s erūt
cec⁹ ꝙ claud⁹ ꝙ pgnans ꝙ piens sil̄ cet⁹ ma-
gnus reuertentiū huc. In fletu venient: et
in pcibo reducā eos. Et adducā eos p to-
rrētes aq̄ī ī via recta ꝙ nō impingēt ī ea: q̄
factus sū isrl̄i p̄: ꝙ ephraim p̄mogenit⁹ me⁹
ē. Audite vbuz dñi gētes: ꝙ annūciate ī in-
sulis q̄ procul sūt: ꝙ dicite. Qui dispsit isrl̄
cōgregabit eū: ꝙ custodiet eū sicut pastor
gregē suū. Redimet ei dñs iacob: ꝙ libera-
bit eū d manu potētioris. Et venient ꝙ lau-
dabunt in mōte syon: et confluent ad bona
dñi sup frumēto et vino ꝙ oleo et fetu pe-
coz et armētoz: eritq̄ aīa eoz quasi ort⁹
irriguus: et vltr̄ nō esurient. Tunc letabit

ūgo ī choro: iuuenes ⁊ senes sīl. Et ꝓuertā luctū eoꝝ ī gaudiū: ⁊ ꝓsolabor eos: ⁊ letificabo a dolore suo. Et īebriabo aīaz sacerdotū pīguedīe: ⁊ ꝑplis me⁹ bonis meis ait dñs. Hec dicit dñs. Vox ī excelso audita ē lamētatiōis luct⁹ ⁊ flet⁹: rachel plorātis filios suos. et nolētis ꝓsolarī sup eis: qz nō sūt. Hec dicit dñs. Quiescat vox tua a ploratu ⁊ oculi tui a lacrimis: qz est merces operi tuo ait dñs. Et reuertēt de tra inimici: ⁊ ē spes nouissimis tuis ait dñs: ⁊ reuertent filij tui ad tmios suos. Audiēs audiui ephraim tnsmigntē. Castigasti me dñe: ⁊ erudit⁹ sū q̄si iuuēcul⁹ īdomit⁹. Cōuerte me ⁊ reuertar: qz tu dñs deus me⁹. Postq̄ em ꝓuertisti me egi pnīaz: ⁊ postq̄ oñdisti mihi pcussi femur meū. Confusus sū ⁊ erubui: qm̄ sustinui obprobriū adolescēcie mee. Si fili⁹ honorabil⁹ mihi ephraī: si puer delicat⁹: qz ex q̄ locut⁹ sū de eo adhuc recordabor ei⁹. Idcirco ꝓturbata sūt viscera mea sup eū: miserās miserabor ei⁹ ait dñs. Statue tibi speculā: pone tibi amaritudies. Dirige cor tuū ī viā rectā. ī q̄ ambulasti. Reuertē ūgo isrl: reuertē ad ciuitates tuas istas. Vsq̄q̄ delicijs dissolueris filia vaga! Quia creauit dñs nouū sup tra: femina circūdabit vir. Hec dicit dñs exercituū de⁹ isrl. Adhuc dicēt ūbū istud ī tra iuda ⁊ ī urbib⁹ ei⁹: cū ꝓuertero captiuitatē eoꝝ. Benedicat tibi dñs pulcritudo iustitie mōs sct⁹. Et habitabūt ī eo iudas ⁊ oēs ciuitates eius sīl agricole ⁊ minātes greges: qz iebriaui aīaz lassaz: ⁊ oēz aīaz esurientē saturaui. Ideo q̄si de sōno suscitat⁹ sū ⁊ vidi: ⁊ sōn⁹ me⁹ dulcis mihi. Ecce dies veniēt dicit dñs: ⁊ seminabo domū iuda ⁊ domū isrl semine hoīs ⁊ semie iumētoꝝ. Et sicut vigilaui sup eos vt euellerē ⁊ demolirer ⁊ dissiparē et dispderē ⁊ affligerē: sic vigilabo sup eos vt edificē et plantē ait dñs. In dieb⁹ illis nō dicēt vlt. pres ꝓmederūt vuaz acerbā ⁊ dentes filioꝝ obstupuerūt: sz vnusq̄sq̄ in iniqtate sua morietr. Omis hō q̄ ꝓmederit vuā acerbā: obstupescēt dentes eius. Ecce dies venient dicit dñs. ⁊ feriā domui isrl ⁊ domui iuda fed⁹ nouū. Nō sm pactū qd pepigi cum pribus eoꝝ in die q̄ apprehēdi manū eoꝝ vt educerē eos de terra egipti: pactū qd irritū fecerūt et ego dñatus sum eoꝝ dicit dñs: sz hoc erit pactū qd feriam cū domo isrl. Post dies illos dicit dñs dabo legē meā in visceribus eoꝝ: ⁊ ī corde eoꝝ scribā eā: ⁊ ero eis ī deū. ⁊ ipi erūt mihi in pplm. Et nō docebit vltr vir prīmū suū. et vir frem suū dicēs: cognosce dñm. Omnes em cognoscēt me a mīmo eoꝝ vsq̄ ad maximū ait dñs: qz ꝑpiciabor iniqtatib⁹ eoꝝ et pcti eoꝝ nō ero memor ampli⁹. Hec dicit dñs q̄ dat solē in lumine diei. ordinē lune et stellaꝝ ī lumine noctis: q̄ turbat mare et sonāt fluctus ei⁹: dñs exercituū nomen illi. Si defecerīt leges iste coram me dicit dñs: tūc et semē isrl deficiet vt nō sit gens coraz me cunctis diebus. Hec dicit dñs. Si mēsurari poterint celi sursū et inuestigari fundamēta trē deorsum: ⁊ ego abiciā vniuersuz semē isrl ꝑter oīa que fecerūt dicit dñs. Ecce dies veniēt dicit dñs: et edificabit ciuitas dño a turre ananehel vsq̄ ad portā anguli. Et exibit vltr norma mēsure in ꝓspectu ei⁹ sup collē gareb: et circuibit goatha ⁊ omnez vallē cadaueꝝ ⁊ cineres et vniuersaz regionē mortis. vsq̄ ad torrentē cedron ⁊ vsq̄ ad angulū porte equoꝝ orientalis. Sanctū dñi nō euellet: ⁊ nō destruetur vltra in ppetuū.

Ca. XXXII.

Erbū q̄d fctm est ad hieremiam a dño ī anno decio sedechie regis iuda: ipse ē ann⁹ octauusdecim⁹ nabuchodonosor. Tūc exercit⁹ regis babilonis obsidebat hirlm: ⁊ hieremias ꝑpha erat clausus ī atrio carceris q̄ erat ī domo regis iuda. Clauserat eī eū sedechias rex iuda dicēs. Quare vaticinaris dicēs hec dicit dñs. ecce ego dabo ciuitatē istā ī man⁹ regis babilōis ⁊ capiet eā. ⁊ sedechias rex iuda n effugiet de mānu chaldeoꝝ sz trdet in man⁹ regis babilonis. ⁊ loqt̄ os ei⁹ cū ore illi⁹ ⁊ oculi ei⁹ oculos illi⁹ videbūt. ⁊ ī babilonē ducet sedechiaz ⁊ ibi erit donec visitē euz ait dñs: si aūt dimicaueritis aduersum chaldeos nihil ꝓsperꝝ habebitis: Et dixit hieremias. Factū est ūbū dñi ad me dicēs Ecce ananehel fili⁹ sellū patruelis tu⁹ veniet ad te dicēs. Eme tibi agꝝ meū q̄ est ī anathot. Tibi em ꝓpetit exꝑpinquitatē vt emas. Et veīt ad me ananehel fili⁹ patrui mei sm verbū dñi ad vestibulū carceris: ⁊ ait ad me. Posside agꝝ meū qui est ī anathot ī tra beniamin. qz tibi ꝓpetit hēditas et tu ꝑpinqu⁹ es vt possideas. Intellexi aūt

q̄ verbū dñi essz. Et emi agr̄ ab ananehel
filio patrui mei q̄ est ī anathot. Et appēdi
ei argētū septē statēres. q̄ decē argēteos: et
scripsi ī libro q̄ sig̃ui: et adhibui testes. Et
appēdi argētū ī statēra: q̄ accepi libr̄ pos-
sessionis sig̃tū q̄ stipulatões q̄ rata q̄ signa
forinsecus. Et dedi libr̄ possessiōis baruch
filio neri filij maasie ī oculis ananehel pa-
truelis mei q̄ ī oc̄lis testiū q̄ scripti erāt in
libro emptōis: q̄ ī oc̄lis oīm iudeor̄ q̄ sede-
bāt ī atrio carceris. Et p̄cepi baruch coram
eis dicēs. Hec dicit dñs exercituū de⁹ isr̄l.
Sume libros istos: libr̄ emptōis hūc sig̃-
tū. q̄ libr̄ hunc q̄ aptus est: q̄ pones illos ī
vase fictili vt p̄manē possint dieb⁹ multis.
Hec eī dicit dñs exercituū de⁹ isr̄l. Adhuc
possidebūt dom⁹ q̄ agri q̄ vinee in t̄ra ista.
Et oraui ad dñm postq̄ t̄didi libr̄ posses-
siōis baruch filio neri dicēs. Heu heu heu
dñe de⁹. Ecce tu fecisti celū q̄ t̄raz ī fortitu-
dine tua mag̃: q̄ in brachio tuo extēto. Nō
erit tibi difficile oē verbū q̄ facis miscōiaz
ī nubib⁹: q̄ reddis iniq̄tatē p̄m in sinū fi-
lior̄ eor̄ post eos fortissime magne et po-
tēs. dñs exercituū nomē tibi: magn⁹ ī p̄si
lio q̄ īcomp̄hensibil̄ in cogitatu: cui⁹ oc̄li
apti sunt sup̄ oēs vias filior̄ adaz. vt red-
das vnicuiq̄ ſm vias suas. q̄ ſm fructum
adīuentionū ei⁹: q̄ posuisti sig̃ q̄ portēta ī
t̄ra egipti vsq̄ ad diē hāc q̄ ī isr̄l q̄ ī hoīb⁹: q̄
tibi fecisti nomē sicut est dies hec. Et edu-
xisti p̄plm tuū isr̄l de t̄ra egipti ī signis et ī
portētis q̄ ī māu robusta q̄ ī brachio extē-
to q̄ ī t̄rore mag̃: q̄ dedisti eis t̄rā hāc quā
iurasti p̄tib⁹ eor̄ vt dares eis t̄raz fluentē
lacte q̄ melle: q̄ īgressi sūt q̄ possederūt eā. Et
ñ obedierūt voci tue q̄ ī lege tua ñ ambula-
uerūt: oīa q̄ mādasti eis vt facerēt ñ fece-
rūt: q̄ euenerūt eis oīa mala hec. Ecce mūi-
cōes extructe sūt aduersuz ciuitatē vt ca-
piat: q̄ vrbs data ē ī mā⁹ chaldeor̄ q̄ ī mā⁹
regis babilōis q̄ p̄liāt aduersus eā a facie
gladij q̄ famis q̄ pestilēcie: et q̄cūq̄ locut⁹
es acciderūt vt tuipe cernis. Et dicis mihi
dñe de⁹. eme agrū argēto q̄ adhibe testes:
cū vrbs data sit ī man⁹ chaldeor̄: Et factū
ē verbū dñi ad hieremiam dicēs. Ecce ego
dñs de⁹ vniuerse carnis. Num mihi difficī-
le erit oīe verbū: Propt̄ea hec dicit dñs.
Ecce ego t̄raz ciuitatē istā ī mā⁹ chaldeor̄
q̄ ī man⁹ regis babilōis q̄ capiēt eā: et de-
niēt caldei p̄liātes aduersū vrbē hāc: q̄ suc-
cēdēt eā igni q̄ p̄burēt eā: et dom⁹ ī q̄r̄ do-
matib⁹ sacrificabāt baal q̄ libabāt dijs a-
lienis libamīa ad irritādū me. Erāt eī filij
isr̄l q̄ filij iuda iugit̄ faciētes malū ī oculis
meis ab adolescēcia sua: filij isr̄l q̄ vsq̄ nūc
exacerbabant me in ope manuū suar̄ di-
cit dñs: qr̄ ī furore q̄ ī idig̃tōe mea facta ē
mihi ciuitas hec a die q̄ edificauerūt eā vsq̄
ad diē istā q̄ auferet̄ ō p̄spc̄tu meo p̄pt̄ ma
liciā filior̄ isr̄l q̄ filior̄ iuda quā fecerūt ad
iracūdiā me p̄uocātes. ipi q̄ r̄ges eor̄ q̄ p̄n
cipes eor̄ q̄ sac̄dotes q̄ p̄phe eor̄ viri iuda
q̄ hītatores hir̄lm. Et vterūt ad me terga q̄
ñ facies: cū docerē eos q̄ erudirē diluculo:
q̄ nollēt audire vt accipent disciplinaz. Et
posuerūt ydola sua ī domo ī q̄ īuocatū ē no
mē meū vt polluerēt eā: et edificauerūt ex-
celsa baal q̄ sūt ī valle filij ennon vt inicia-
rēt filios suos q̄ filias suas moloch qō nō
mādaui eis nec ascendit ī cor meū vt face-
rēt aboīacōz hāc: q̄ ī pc̄m deducerēt iudā
Et nūc p̄pt̄ ista hec dicit dñs de⁹ isr̄l ad ci-
uitatē hāc: de q̄ vos dicitis q̄ t̄rad̄ ī man⁹
regis babilonis ī gladio q̄ ī fame q̄ ī peste.
Ecce ego congregabo eos de vniuers̄ t̄ris ad
q̄s eieci eos ī furore meo q̄ ī ira mea q̄ ī in-
dig̃cōe grādi: et reducā eos ad locū istū q̄
habitare eos faciā confidenter: q̄ erūt mihi ī po-
pulū q̄ ego ero eis ī deum. Et dabo eis cor
vnū q̄ viā vnā vt timeāt me vniuers̄ dieb⁹:
q̄ bñ sit eis q̄ filijs eor̄ post eos. Et feriam
eis pactū sēpit̄nū q̄ nō desinā eis bñfacē: q̄
timorē meū dabo ī corde eor̄ vt ñ recedāt
a me: q̄ letabor sup̄ eis cū bñ eis fecero. Et
plātabo eos ī t̄ra ista ī veritate ī toto cor-
de meo et ī tota aīa mea: qr̄ hec dicit dñs.
Sicut adduxi sup̄ p̄plm istuz o mē malum
hoc grande: sic adducā sup̄ eos oīe bonū
qō ego loq̄r ad eos. Et possidebunt agri ī
rā ista de q̄ vos dicitis q̄ deserta sit eo q̄ nō
remāserit hō q̄ iumentū: q̄ data sit ī man⁹
caldeor̄. Agri emēt pecuīa q̄ scribent̄ ī li-
bro q̄ īprimet̄ signū: et testis adhibet̄ ī t̄ra
beniamin ī circuitu hir̄lm ī ciuitatib⁹ iu-
da q̄ ī ciuitatib⁹ mōtanis q̄ ī ciuitatib⁹ cā-
pestrib⁹ q̄ ī ciuitatib⁹ q̄ ad austr̄ sūt: qr̄ cō
uertam captiuitatē eor̄ ait dñs. ¶ Capi.

Et factū ē verbū dñi .XXXIII.
ad hieremiā scdo: cū adhuc clau-
sus eēt ī atrio carceris dicēs. Hec

dicit dñs q̄ fact⁹ē ꝙ formatur⁹ illud ꝙ paratur⁹: dñs nomē ei⁹ Clama ad me ꝙ exaudiā te: ꝙ ānūciabo tibi grādia ꝙ firma q̄ nescis. Quia hec dicit dñs de⁹ isrl̄ ad domos vrb̄ hui⁹ ꝙ ad domos r̄gis iuda q̄ destructe sūt ꝙ ad munitōes ꝙ gladiū veniētiū vt dimicēt cū chaldeis et īpleāt eas cadaueribo hoim q̄s p̄cussi i furore meo ꝙ in ībignatōe mea: absc̄ōdēs faciē meā a ciuitate hac p̄pter oēz malicia eoz. Ecce ego obducam eis cicatricē ꝙ sanitatē: ꝙ curabo eos et reuelabo eis dep̄catōez pacis ꝙ veritatis. Et p̄uertā p̄uersiōez iuda ꝙ p̄uersionē hierl̄m ꝙ edificabo eos sicut a p̄ncipio: et emūdabo eos ab oī iniq̄tate sua ī q̄ peccauer̄t mihi: ꝙ p̄pici⁹ero cūctis iniq̄tatib⁹ eoz in q̄bo delinq̄rūt mihi et sp̄reuer̄t me. Et er̄t mihi ī nomē ꝙ ī gaudiū ꝙ ī laudē ꝙ ī exultatōz cūctis gētib⁹ terre q̄ audierīt oīa bona q̄ ego fact⁹ sū eis: ꝙ pauebūt ꝙ turbabūt ī vniuersis locis ꝙ in oī pace quā ego faciā eis. Hec dicit dñs. Adhuc audietur ī loco isto quez vos dicitis esse deꝑtū eo q̄ n̄ sit hō nec iumentū ī ciuitatib⁹ iuda ꝙ foris hierl̄m q̄ desolate sūt absq̄ hoīe ꝙ absq̄ habitatore ꝙ absq̄ pecore. vox gaudij et vox leticie vox sp̄si ꝙ vox sp̄se: vox dicētiū p̄fitemī dño exercituū qm̄ bon⁹ dñs. qm̄ ī eternū miserīa ei⁹: ꝙ portātiū vota ī domo dñi. Reducā eī p̄uersionē terre sicut a p̄ncipio dicit dñs. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc erit ī loco isto deꝑto absq̄ hoīe ꝙ absq̄ iumēto. et ī cūctis ciuitatib⁹ ei⁹ hītaculo pastor accubātiū gregū ī ciuitatib⁹ mōtuoꝝ et ī ciuitatib⁹ cāpestrib⁹: ꝙ ī ciuitatib⁹ q̄ ad austr̄ sūt ꝙ ī terra beniamī ꝙ ī circuitu hierl̄m ꝙ ī ciuitatib⁹ iuda: adhuc trāsibūt greges ad manū numerātis ait dñs. Ecce dies veniēt dicit dñs: ꝙ suscitabo v̄bū bonū q̄d locut⁹ sū ad domū isrl̄ et ad domū iuda. In diebo illis ꝙ ī tp̄e illo germīare faciā dauid germē iustīcie: ꝙ faciet iudiciū ꝙ iustīciā ī terra. In diebo illis saluabit iuda: ꝙ isrl̄ hītabit p̄fidēter. Et hoc ē nomē q̄d vocabūt eū: dñs iustus nr̄. Quia hec dicit dñs. Nō īteribit de dauid vir q̄ sedeat sup̄ thronū dom⁹ isrl̄: et de sacerdotib⁹ ꝙ d̄ leuitis n̄ īteribit vir a facie mea q̄ offerat olocaustomata et īcēdat sacrificium ꝙ cedat victimas oīb⁹ diebo. Et factū ē v̄bū dñi ad hieremiā dicēs. Hec dicit dñs. Si irritū p̄t fieri pactū meū cū die ꝙ pactū meū cū nocte vt nō sit dies ꝙ nox ī tp̄e suo: ꝙ pactū meū irritū esse poterit cū dauid p̄uo meo vt n̄ sit ex eo fili⁹ q̄ regnet ī throno ei⁹: ꝙ leuite ꝙ sacerdotes ministri mei. Sicuti enumerari nō p̄nt stelle celi ꝙ metiri arene maris: sic mltiplicabo semen dauid serui mei: et leuitas mīstros meos. Et factū ē v̄bū dñi ad hieremiā dicēs. Nūq̄d n̄ vidisti q̄d p̄plus h̄ locut⁹ sit dicēs. due p̄gnatōes q̄s elegerat dñs abiecte sunt: Et p̄plm meū d̄spexer̄t: eo q̄ n̄ sit vlt̄ gēs corā eis. Hec dicit dñs. Si pactū meū īter diez ꝙ noctē ꝙ leges celo ꝙ terre n̄ posui. eq̄dē et semē iacob et dauid serui mei p̄ciā: vt nō assumā de semīe ei⁹ p̄ncipes semīs abraham ꝙ ysaac ꝙ iacob. Reducā em̄ p̄uersionē eorū: et miserebor eis. Ca. .XXXIIII.

Verbū q̄d factū ē ad hieremiā a domino: q̄n nabuchodonosor rex babilōis ꝙ oīs exercit⁹ ei⁹ vniuersaq̄ regna terre q̄ erāt sub ptāte man⁹ ei⁹ ꝙ oēs p̄plī bellabāt p̄ hierl̄m et oēs vrbes ei⁹ dicēs. Hec dicit dñs de⁹ isrl̄. Vade ꝙ loq̄re ad sedechiā regē iuda: ꝙ dices ad eū. Hec dicit dñs. Ecce ego trādā ciuitatē hāc ī man⁹ regis babilonis: ꝙ succēdet eā igni. Et tu nō effugies de manu ei⁹ sz̄ p̄hēsione capieris ꝙ in manu ei⁹ trader̄is: et oculi tui oculos r̄gis babilonis videbūt. et os ei⁹ cū ore tuo loquet̄: ꝙ babilonē introib. Attn̄ audi verbū dñi sedechia rex iuda. Hec dicit dñs ad te. Nō morieris ī gladio sz̄ in pace morieris: ꝙ sc̄dm p̄bustiones patr̄ tuoꝝ regum p̄oꝝ q̄ fuer̄t ātē te sic p̄burēt te. et plāgēt te ve dñe: q̄ v̄bū hoc ego locut⁹ sum dicit dñs. Et locut⁹ē hieremias p̄pha ad sedechiam regē iuda vniuersa v̄ba hec ī hierl̄m: et exercit⁹ regis babilonis pugnabat contra hierl̄m ꝙ p̄ oēs ciuitates iuda q̄ relīq̄ erāt p̄ lachis ꝙ p̄ azecha. Hee ei⁹ superāt d̄ ciuitatib⁹ iuda vrbes munite. Verbū q̄d factū ē ad hieremiā a dño: postq̄ p̄cussit rex sedechias fedus cū oī p̄plo ī hierl̄m p̄dicās vt dimitteret vnusq̄sq̄ p̄uū suuz ꝙ vnusq̄sq̄ ancillā suā hebreū ꝙ hebreā liberos: ꝙ neq̄ q̄ dñarent̄ eis id ē in iudeo et ī fratre suo. Audierūt g̃ oēs p̄ncipes ꝙ vniuersus p̄plus q̄ inierūt pactū vt dimitteret vnusq̄sq̄ seruū suū ꝙ vnusquisq̄ ancillā suā liberos: et vltra nō dñarent̄ eis. Audierūt igit̄: ꝙ dimiserūt. Et p̄uersi sūt deinceps et ītraxer̄t

seruos suos ⁊ ācillas suas q̄s dimiserīt libe
ros: ⁊ subiugauerūt ī famulos ⁊ famulas.
Et factū ē vbū ad hieremiam a dño dicēs.
Hec dicit dñs de⁹ isrl̄. Ego pcussi fedus cū
pribꝫ vr̄is: ī die q̄ eduxi eos de terra egipti
de domo seruitutis dicēs. Cū cpleti fuerint
septē āni dimittat vnusq̄sq; frē⁊ suū hebreū
q̄ vēdit⁹ ē ei: ⁊ seruiet tibi sex annis: ⁊ dimit-
tes eū a te liber. Et n̄ audierūt pres vī me:
nec inclinauerūt aurē suā. Et cuersi estis
vos hodie et fecistis q̄ rectū ē ī oculis meis
vt pdicaretis libtatē vnusq̄sq; ad amicū su
um: ⁊ inistis pactū ī cspectu meo ī domo ī
q̄ inuocatū ē nomē meū sup eā. Et reuersi
estis et cmaculastis nomē meū: ⁊ reduxi-
stis vnusq̄sq; seruū suū ⁊ vnusq̄sq; ācillā suā
q̄s dimiseratis vt essēt liberi ⁊ sue pātis: ⁊
subiugastis eos vt sint vobis serui ⁊ ancille.
Propterea hec dicit dñs. Vos nō audistis
me: vt pdicaretis libtatē vnusq̄sq; frī suo
⁊ vnusq̄sq; amico suo. Ecce ego pdico libta
tē ait dñs ad gladiū ad pestē ⁊ ad famē: et
dabo vos ī cmotōem cūctis regnis terre.
Et dabo viros q̄ puaricantē fed⁹ meū ⁊ nō
obseruauerīt vba federis q̄d assēsi sūt ī cspe
ctu meo. vitulū quē cciderūt ī duas ptes ⁊
trnsierūt īter diuisiones ei⁹. pncipes iuda ⁊
pncipes hierl̄m. eunuchi ⁊ sacerdotes ⁊ ois
pl̄us terre q̄ trnsierīt īter diuisiões vituli:
⁊ dabo eos ī man⁹ inimicoꝝ suoꝝ ⁊ in ma-
n⁹ q̄rentiū aīaz eoꝝ: ⁊ erit morticiniū eoꝝ
ī escā volatilibꝫ celi ⁊ bestijs terre. Et sede-
chiā regē iuda ⁊ pncipes ei⁹ dabo in man⁹
inimicoꝝ suoꝝ ⁊ ī man⁹ q̄rentiū aīas eoꝝ:
⁊ ī man⁹ exercituū rḡis babilonis q̄ recess-
erūt a vobis. Ecce ego pcipio dicit dñs: ⁊
reducā eos ī ciuitatē hāc ⁊ pliabūt aduer
sū eā: ⁊ capiēt eā ⁊ īcendēt igni. Et ciuita-
tes iuda dabo ī solitudinē: eo q̄ non sit ha
bitator. ¶ Ca. .XXXV.

Verbū quod factū ē ad hieremiā a
dño in diebꝫ ioachī filij iosie regis
iuda dicēs. Vade ad domū rechabi
taꝝ ⁊ loq̄re eis: ⁊ introduces eos ī domū dñi
ī vnā exedrā thesauroꝝ: ⁊ dabis eis bibere
vinū. Et assūpsī iechoniā filiū hieremie fi
lij absame ⁊ frēs ei⁹ ⁊ oēs filios ei⁹ ⁊ vniuer
sā domū rechabitaꝝ: ⁊ introduxi eos in do-
muz dñi ad gazophilaciū filioꝝ anan filij
iezedelie hois dei q̄d erat iuxta gazophila-
ciū pncipū sup thesaurū maasie filij sellū:
q̄ erat custos vestibuli. Et posui corā filijs
dom⁹ rechabitaꝝ ciphos plenos vino ⁊ ca-
lices: ⁊ dixi ad eos. Bibite vinū. Qui rndē
rūt. Nō bibem⁹ vinū: q; ionadab filius re-
chab pr̄ nr̄ pcepit nob̄ dicēs. Nō bibetis vi
nū vos ⁊ filij vr̄i vsq; ī sēpiternū. Et domū
nō edificabitis ⁊ semētē n̄ seretis ⁊ vineas
nō plātabitis nec habebitis: sz ī tabnacul'
hītabitis cūctis diebꝫ vr̄is: vt viuatis die-
bus multis sup faciē terre in q̄ vos pegri-
nami. Obediuimus q̄ voci ionadab filij re-
chab pr̄is nr̄i ī oībꝫ q̄ pcepit nob̄: ita vt nō
biberem⁹ vinū cūctis diebꝫ nr̄is nos ⁊ mu-
lieres nr̄e filij ⁊ filie nr̄e et nō edificarem⁹
domos ad hītandū: ⁊ vineā ⁊ agꝝ ⁊ semētē
nō habuim⁹: sz hītauim⁹ ī tabnacul': ⁊ obe
diētes fuim⁹ iuxta oīa q̄ pcepat nob̄ iona-
dab pr̄ nr̄. Cū aūt ascēdisset nabuchodono
sor rex babilonis ad terrā nr̄am dixim⁹.
Venite ⁊ īgrediamur ī hierl̄m a facie exer
cit⁹ chaldeoꝝ ⁊ a facie exercit⁹ syrie: ⁊ mā-
sim⁹ ī hierl̄m. Et factū ē vbū dñi ad hiere-
miā dicēs. Hec dicit dñs exercituū de⁹ isrl̄.
Vade ⁊ dic viris iuda ⁊ hītatoribꝫ hierl̄m.
Nūq̄d nō rcipietis disciplinā: vt obediatis
verbis meis dicit dñs: Prevaluerūt srmōes
ionadab filij rechab q̄s pcepit filijs suis vt
nō biberēt vinū: ⁊ nō biberūt vsq; ad diem
hāc: q; obedierīt pcepto pr̄is sui: Ego aūt lo
cut⁹ sū ad vos de mane csurgēs ⁊ loquēs: ⁊
nō obedistis mihi. Misiq; ad vos oēs seruos
meos pphas csurgēs diluculo: mittēsq; et
dicēs. Cōuertimī vnusq̄sq; a via sua pessi-
ma ⁊ bona facite studia vr̄a: ⁊ nolite sequi
deos alienos neq; colatis eos: et hītabitis
in terra quā dedi vobis et patrib⁹ vr̄is. Et
nō inclinastis aurem vestrā: neq; audistis
me. Firmauerūt igit filij ionadab filij re-
chab pceptū pr̄is sui q̄d pcepat eis: pl̄us
aūt iste nō obediuit mihi. Idcirco hec di-
cit dñs exercituū. de⁹ isrl̄. Ecce ego adducā
sup iudā et sup oēs hītatores hierl̄m vni-
uersā afflictiōez quā locut⁹ sum aduersū il-
los: eoq; locutus sū ad illos ⁊ nō audierūt:
vocaui illos ⁊ nō responderunt mihi. Do-
mui autē rechabitaꝝ dixit hieremias. Hec
dicit dñs exercituū. de⁹ isrl̄. Proeo q; obe-
distis pcepto ionadab pr̄is vestri et custo-
distis oīa mandata eius ⁊ fecistis vniuer-
sa q̄ pcepit vob: pterea hec dicit dñs exer
cituum deus isrl̄. Non deficiet vir de stirpe

ionadab filij rechab stans in ꝓspectu meo cunctis diebus. ¶ Ca. .XXXVI.

Et factū ē ī āno q̄rto ioachī filij io sie r̄gis iuda: factū ē ūbum hoc ad hieremiā a dño dicēs. Tolle volumē libri et scribes in eo oīa ūba q̄ locut⁹ sū tibi aduersus isrł ⁊ iudā ⁊ aduersū oēs gētes a die q̄ locut⁹ sū ad te ex diebꝫ iosie usq; ad diē hāc: si forte audiētes domo iuda. uniuersa q̄ ego cogito facē eis. reuertat̄ unusquisq; a uia sua pessima: ⁊ ꝓpicia⁹ ero iniquitati ⁊ pcto eoꝝ. Clocauit g̃ hieremias baruch filium nerie: et scripsit baruch ex ore hieremie oēs ſmōes dñi q̄s locut⁹ ē ad eū in volumīe libri. Et ꝓcepit hieremias baruch dicēs. Ego claus⁹ sū: nec valeo ingredi domū dñi. Ingredere g̃ tu ⁊ lege de volumine in q̄ scripsisti ex ore meo ūba dñi audiēte ꝓpł̄o. ī domo dñi ī die ieiunij: insup ⁊ audiente uniuerso iuda q̄ veniūt de ciuitatibꝫ suis. Leges eis: si forte cadat oratō eoꝝ in cōspectu dñi et fuertat̄ unusquisq; a uia sua pessima: qm̄ magn⁹ furor ⁊ indignatō ē quā locutus ē dñs aduersus ꝓpł̄m hūc. Et fecit baruch fili⁹ nerie iuxta oīa q̄ ꝓcepat ei hieremias ꝓpha: legēs ex volumīe ſmōes dñi in domo dñi. Factuꝫ ē aūt ī āno q̄nto ioachī filij iosie r̄gis iuda: ī mēse nono ꝓdicauerūt ieiuniū ī ꝓspectu dñi oī ꝓpł̄o ī hieru salē et uniuerse multitudini q̄ ꝓfluxerat de ciuitatibꝫ iuda in hierł̄m. Legitq; baruch ex volumīe ſmones hieremie ī domo dñi ī gazophilatō gamarie filij sephan scribe. in uestibulo superiꝰ ī introitu porte noue domus dñi: audiente oī ꝓpł̄o. Cunq; audisset micheas fili⁹ gamarie filij saphan oēs sermōes dñi ex libro: descēdit ī domū regis ad gazophilaciū scribe. Et ecce ibi oēs ꝓnci pes sedebāt: elisama scriba et dalaias fili⁹ semeie et belchana fili⁹ alchoboꝝ et gamarias fili⁹ saphan ⁊ sedechias fili⁹ ananie et uniuersi ꝓncipes. Et ānūciauit eis micheas oīa ūba: q̄ audiuit legēte baruch ex volumīe ī auribꝫ ꝓpł̄i. Miserūt itaq; oēs prīci pes baruch iudi filiū nathanie filij selemie filij chusi dicētes. Volumē ex q̄ legisti audiente ꝓpł̄o sume ī manu tua ⁊ veni. Tulit g̃ baruch fili⁹ nerie volumē ī manu sua: et venit ad eos. Et dixer̄t ad eū. Sede: ⁊ lege hec ī auribꝫ nr̄is. Et legit baruch ī auribꝫ eoꝝ. Igit̄ cū audisset oīa ūba. obstupuer̄t unusq;sq; ad ꝓximū suū: ⁊ dixer̄t ad baruch Nūciare debem⁹ regi oēs ſmones istos. Et interrogauer̄t eū dicētes. Indica nob: quō scripsisti oēs ſmōes istos ex ore ei⁹. Dixit aū eis baruch. Ex ore suo loq̄bat̄ q̄si legēs ad me oēs ſmones istos: ⁊ ego scribebā in volumīe atramēto. Et dixerūt prīcipes ad baruch. Vade ⁊ abscōdere tu ⁊ hieremias: ⁊ nemo sciat ubi sitis. Et ingressi sunt ad regē ī atriū. Porro volumē ꝓmendauer̄t in gazophilacio elisame scribe: ⁊ nūciauerūt audiēte rege oēs ſmones. Misitq; rex iudi ut sumeret volumē: q̄ tollēs illud de gazophilacio elisame scribe legit audiēte rege: ⁊ uniuers⁹ prīcipibꝫ q̄ stabāt circa regem. Rex aūt sedebat ī domo hiemali ī mēse nono: ⁊ posita erat arula coꝝā eo plena prunis. Cūq; legisset iudi tres pagellas uel q̄tuor scidit illud scalpello scribe ⁊ piecit in ignē q̄ erat sup arulā: donec ꝓsumeret⁹ oē volumē igni q̄ erat ī arula. Et nō timuer̄t neq; scidер̄t uestimēta sua rex ⁊ oēs pui ei⁹: q̄ audierūt uniuersos ſmōes istos. Clerūtñ elnathan ⁊ dalaias ⁊ gamarias ꝓtradiderūt regi ne ꝓbureret libꝝ et nō audiuit eos. Et ꝓcepit rex hieremiel filio amalech ⁊ sararie filio ezrihel et selemie filio abdehel: ut ꝓphenderēt baruch scribā et hieremiā ꝓphām. Abscōdit aūt eos dñs. Et factū ē ūbū dñi ad hieremiaꝫ ꝓphām: postq̄ ꝓbusserat rex volumē ⁊ ſmōes q̄s scripserat baruch ex ore hieremie dicens. Rursū tolle volumē aliud: et scribe ī eo oēs ſmones priores q̄ erāt ī primo volumīe q̄ cōbussit ioachim rex iuda. Et ad ioachim regez iuda dices. Hec dicit dñs. Tu ꝓbussisti volumē istud dicēs. Quare scripsisti in eo ānūciās. festin⁹ veniet rex babilonis: ⁊ uastabit terrā hāc et cessare faciet ex illa hominē ⁊ iumētum: Propterea hec dicit dñs de⁹ ꝓr̄ ioachī regē iuda. Nō erit ex eo q̄ sedeat sup solium dauid: ⁊ cadauer ei⁹ piciet̄ ad estū p diē ⁊ ad gelu p noctē. Et uisitabo ꝓr̄ eū ⁊ ꝓr̄ semē ei⁹ et ꝓtra ſuos ei⁹ iniq̄tates suas: ⁊ adducā sup eos ⁊ sup hītatores hierł̄m et sup uiros iuda oē malū q̄d locutus sū ad eos: ⁊ non audierūt. Jheremias aūt tulit volumē aliud ⁊ dedit illd baruch filio nerie scribe: q̄ scripsit ī eo ex ore hieremie oēs ſmōes libri quē ꝓbusserat ioachī rex iuda igni: ⁊ insup additi sunt ſmones

multoplesq̄ ātea fuert· ¶Ca.XXXVII.

ET regnauit rex sedechias filiꝰ iosie p iechonia filio ioachī quē pstituit regē nabuchodonosor rex babilonis ī terra iuda:ꝙ nō obediuit ipe ꝙ serui eiꝰ ꝙ pl̄us terre verb̄ dn̄i q̄ locutꝰ ē ī manu hieremie pphete. Et misit rex sedechias iochal filiū silemie ꝙ sophoniā filium maasie sacerdotē ad hieremiā pphām dicēs. Ora p nob̄ dn̄m deū nr̄m. Hieremias autē libere ābulabat ī medio pl̄i. Nō ei miserat eum in custodiā carceris. Igit̄ exercitꝰ pharaōis egressus ē de egipto:ꝙ audiētes chaldei qui obsidebāt hierl̄m huiuscemodi nūciū recesserūt ab hierl̄m. Et factū ē v̄bū dn̄i ad hieremiā pphām dicēs. Hec dicit dn̄s deꝰ isrl̄. Hic dicetis regi iuda q̄ misit vos ad me ī terrogādū. Ecce exercitꝰ pharaōis q̄ egressus ē vob̄ ī auxiliū fuert̄ ī terram suā in egiptū:ꝙ rd̄iēt chaldei ꝙ bellabūt pt̄ ciuitatē hāc:ꝙ capiēt eā ꝙ succēdent igni. Hec dicit dn̄s. Nolite decipe aīas vr̄as dicētes eū tes abibūt ꝙ r̄cedēt a nob̄ chaldei: qꝛ ñ abibūt. Sz etsi pcusseritis oēm exercitū chaldeoꝝ q̄ pliant̄ aduersū vos et derelicti fuerīt ex eis aliq̄ vulnerati:sīgl̄i ō tētorio suo psurgēt.ꝙ īcendēt ciuitatē hāc igni. Ergo cū recessisset exercitꝰ chaldeoꝝ ab hierusalē ppt̄ exercitū pharaōis.egressus ē hieremias de hierl̄m vt iret ī terrā beniamī:et diuideret ibi possessiōem ī pspectu ciuiū. Cumq̄ pueīsset ad portā beniamin erat ibi custos portē p vices noīe hierias filiꝰ selemie filij ananie:ꝙ appēhēdit hieremiā pphām dicēs. Ad chaldeos pfugis. Et rn̄dit hieremias. Falsū ē.nō fugio ad chaldeos. Et n̄ audiuit eū.sz pphēdit hierias hieremiā:ꝙ adduxit eū ad pncipes. Quāobrē irati pncipes pt̄ hieremiā:cesū eū miserūt ī carcerē q̄ erat ī domo ionathā scribe. Ipe ei ppositꝰ erat sup carcerē. Itaq̄ īgressus ē hieremias in domū laci ꝙ ī ergastulū:ꝙ sedit ibi hieremias diebꝰ ml̄tis. Mittēs aūt sedechias rex tulit eū:et īterrogauit eū ī domo sua absconditē:ꝙ dixit Putasne ē vmo a dn̄o: Et dixit hieremias. Est· Et ait. In manꝰ r̄gis babilōis ḓderis. Et dixit hieremias ad r̄gē sedechiā. Quid peccaui tibi ꝙ vuis tuis et pl̄o tuo:qꝛ misisti me ī domū carceris:Vbi sūt pphe vr̄i q̄ pphabāt vob̄ ꝙ dicebāt:nō veiet rex babilōis sup vos ꝙ sup terrā hāc: Nūc ḡ audi obsecro dn̄e mi rex. Valeat dep̄catō mea ī pspectu tuo:ꝙ ne me r̄mittas ī domū ionathe scribe ne moriar ibi. Precepit ḡ rex sedechias vt ḓderet̄ in vestibulū carceris:ꝙ daretur ei torta q̄tidie panis excepto pulmēto:donec psumerent̄ oēs panes ō ciuitatē. Et mānsit hieremias ī vestibulo carceris· ¶Ca. .XXXVIII.

AUdiuit aūt saphacias filiꝰ nathan ꝙ ihedelias filiꝰ phassur ꝙ iochal filiꝰ selemie ꝙ phassur filius melchie rmones q̄s hieremias loq̄bat̄ ad oēm pl̄m dicēs. Hec dicit dn̄s. Quicūq̄ mānserit ī ciuitate hac morietꝰ gladio ꝙ fame ꝙ peste:q̄ aūt pfugerit ad chaldeos viuet:et erit aīa eiꝰ sospes ꝙ viuēs. Hec dicit dn̄s. Tradendo ḓdet̄ ciuitas hec ī manu exercitꝰ regis babilōis:ꝙ capiet eā. Et dixerūt pncipes regi Rogamꝰ vt occidat̄ hō iste. De īdustria ei dissoluit manꝰ virꝝ bellātiū q̄ remānserūt ī ciuitate hac et manꝰ vniuersi pl̄i:loquēs ad eos vniuersa v̄ba hec. Siq̄dē hō iste nō q̄rit pacē pl̄o huic:sz malū. Et dixit rex sedechias. Ecce ipe ī manib̄ vr̄is est. Nec em̄ fas ē vob̄ quicq̄ negare. Tulerūt ḡ hieremiā ꝙ piecerūt eū in lacū elchie filij amalech:q̄ erat ī vestibulo carceris. Et submiserūt hieremiā ī funib̄ ī lacū:in q̄ nō erat aq̄ sz lutū. Descēdit itaq̄ hieremias ī cenū. Audiuit autē abdemelech ethiops vir eunuchus q̄ erat ī domo r̄gis :qꝛ misisset hieremiā ī lacū. Porro rex sedebat ī porta beniamin. Et egressus ē abdemelech de domo regis:ꝙ locutꝰ ē ad regē dicēs. Dn̄e mi rex male fecerūt viri isti oīa q̄cunq̄ ppetrarūt pctra hieremiā pphām: mittētes eū in lacū vt moriat̄ ibi fame. Nō sunt em̄ panes vlt̄ in ciuitate. Precepit itaq̄ rex abdemelech ethiopi dicēs. Tolle tecū hinc triginta viros:ꝙ leua hieremiā pphām de lacu antq̄ moriat̄. Assūptis ḡ abdemelech secū viris ingressus ē domū regis q̄ erat sub cellario:ꝙ tulit ide veteres pānos ꝙ antiq̄ vestimēta que putruerāt:ꝙ submisit ea ad hieremiā in lacum p funiculos. Dixitq̄ abdemelech ethiops ad hieremiā pphām. Pone veteres pānos ꝙ hec scissa ꝙ putrida sub cubitu manuū tuaꝝ:et super funes. Fecit ḡ hieremias sic. Et extraxerunt hieremiam funib̄: et eduxerunt de lacu. Mansit autem hieremias in vestibulo carceris. Et misit rex

filiũ caree ⁊ vniuersos ꝑncipes bellatoꝝ q̃ erãt cũ eo letati sũt. Et reuersꝰ ẽ oĩs ꝓlus quẽ cepat ỹsmahel in maspha: reuersusq; abijt ad iohanan filiũ caree. Ysmahel aũt filiꝰ nathanie fugit cũ octo viris a facie iohanan: ⁊ abijt ad filios ãmon. Tulit g̃ iohanan filiꝰ caree ⁊ oẽs ꝓcipes bellatoꝝ q̃ erãt cũ eo vniuersas fl̃iq̃as vulgi quas reduxerant ab ỹsmahel filio nathanie ỏ maspha: postq̃ ꝓcussit godoliaz filiũ aỹcham fortes viros ad ꝓliũ ⁊ mlieres ⁊ pueros et eunuchos q̃s reduxerat de gabaon: ⁊ abierũt et sederũt ꝑegrinãtes ĩ chanaan q̃ ẽ iuxta bethleẽ vt pergerẽt ⁊ introierẽt egiptũ a facie chaldeoꝝ. Timebãt eĩ eos: qꝛ ꝓcusserat ỹsmahel filiꝰ nathanie godoliã filium aỹcham quẽ preposuerat rex babilonis in terra iuda. ¶ Ca. .XLII.

ET factū est ūbuz dñi ad me dicēs. Tu ergo fili hois assume sup tijrū lamentū: ⁊ dices tijro. q̄ habitat ī introitu maris: negociatōni ꝑploꝝ ad insulas mlt̄as. Hec dicit dñs de⁹. O tijre tu dixisti. Perfecti decoris ego sū: ⁊ ī corde maris sita. Finitimi tui qui te edificauerūt impleuerūt decorem tuū: abietibꝫ de sanir extruxerūt te cū oībꝫ tabulatis maris. Cedrū de libano tulerūt vt facerēt tibi malū: quercus ō basan dolauerūt ī remos tuos: trāstra tua fecerūt tibi ex eboze indico: ⁊ ꝓtoziola ō insulis ytalie. Byssus varia ō egipto texta ē tibi ī velū vt poneret ī malo: iacinct⁹ ⁊ purpura ō insulis elisa facta sūt opimētū tuū. Habitatozes sydonis et aradij fuerūt remiges tui: sapientes tui tijre facti sūt gubernatozes tui: senes biblij et prudentes ei⁹ ꝓbuerūt nautas. ad ministeriū varie supellectilis tue. Oēs naues maris ⁊ nautę earū fuerūt ī ꝑplo negociatōis tue: pse ⁊ libij ⁊ libies erant ī exercitu tuo viri bellatozes tui: clipeū ⁊ galeā suspēderūt ī tex ornatu tuo. Filij arabij cū exercitu suo sup muros tuos ī circuitu tuo. ⁊ pigmei q̄ erāt in turribꝫ tuis pharetras suas suspenderūt in muris tuis ꝑ gijrū. Ipsi ꝓpleuerūt pulcritudinē tuā. Carthaginenses negociatozes tui. A multitudine cūctarū diuiciarū argēto ferro stanno plūboq̄ repleuerūt nūdinas tuas. Grecia et thubal et mosoch ipi institozes tui. Mancipia et vasa erea adduxerūt ꝑplo tuo ō tomo thogorma: equos et equites ⁊ mulos adduxerūt ad foꝝ tuuz. Filij dedan negociatozes tui. Insule multę negociatō man⁹tue. Dentes eburneos et hebeninos ꝓmutauerūt ī pcio tuo. Syrus negociatoz tu⁹. Propter multitudinē opm tuoꝝ gēmaz purpurā ⁊ scutulata ⁊ byssum ⁊ sericū et coccū posuerūt ī mercato tuo. Juda ⁊ terra isrl̄ ipsi institozes tui ī frumento primo. balsamū et mel ⁊ oleū ⁊ resmā ꝑposuerūt in nūdinis tuis. Damascen⁹ negociatoz tuus ī multitudine opm tuoꝝ: in multitudine diuersarū opū ī vino pingui: ī lanis colozis optimi. Dan ⁊ grecia ⁊ mozel ī nūdinis tuis ꝑposuerūt ferrū fabrefactū: stactē ⁊ calam⁹ ī negociatōne tua. Dedan institozes tui ī tapetibꝫ ad sedendū. Arabia ⁊ vniuersi principes cedar ipsi negociatozes man⁹tue: cū agnis ⁊ arietibꝫ ⁊ hedis venerūt ad te negociatozes tui. Elenditozes saba ⁊ rema ipsi negociatozes tui: cū vniuersis primis aromatibꝫ ⁊ lapide pcioso ⁊ auro qđ ꝑposuerūt ī mercatu tuo. Haraz ⁊ chenne ⁊ eden negociatozes tui. Saba ⁊ assur ⁊ chelmach vēditozes tui: ipi negociatozes tui mlt̄iphariaz inuolucris iacincti et polimitoꝝ gazarūq̄ pcioseꝝ q̄ obuolute et astricte erāt funibꝫ: cedros q̄ habebāt ī negociatōnibꝫ tuis. Naues maris principes tui ī negociatōne tua: ⁊ repleta es: et glorificata nimis in corde maris. In aquis maris adduxerūt te remiges tui. Elent⁹ auster ꝓtriuit te. In corde maris diuicie tue: et thesauri tui et multiplex instrumētū tuū. Nautę tui ⁊ gubernatozes tui q̄ tenebāt supellectilē tuā. et ꝑplo tuo ꝑerant: viri q̄ bellatozes tui q̄ erāt in te cū vniuersa multitudine tua q̄ ē ī medio tui: cadēt in corde maris ī die ruine tue. A sonitu clamozis gubernatoꝝ tu oꝝ ꝓturbabūt classes: ⁊ descēdent de nauibus suis oēs q̄ tenebāt remū. Nautę ⁊ vniuersi gubernatozes maris in terra stabūt: ⁊ eiulabunt sup te voce magna: et clamabūt amare. Et supiacient puluerē capitib⁹ suis. ⁊ cinere ꝓspergent: et radēt sup te caluiciū: et accingent cilicijs. Et plorabūt te in amaritudine aie ploratu amarissimo: ⁊ assumēt sup te carmē lugubze ⁊ plangēt te. Que ē vt tijr⁹ q̄ obmutuit ī medio maris? Que ī exitu negociatōnū tuaꝝ ō mari iplesti ꝑplos mlt̄os: ī mlt̄itudīe diuitiarū tuaꝝ ⁊ ꝑploꝝ tuoꝝ ditasti rges terre. Nūc ꝓtrita es a mari: ī pfūdis aq̄rū opes tue: ⁊ oīs mlt̄itudo tua q̄ erat ī medio tui cecidērūt. Vniuersi habitatozes insularū obstupuerūt sup te: ⁊ reges eaꝝ oīs tēpestate pculsi mutauerūt vult⁹. Negociatozes ꝑplorū sibilauerūt sup te. Ad nihilū dducta es et nō eris vsq̄ ī ppetuū.

Ca. XXVIII.

ET factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hoīs: dic principi tijri. Hec dicit dñs deus. Eo⁹ eleuatus est coz tuū ⁊ dixisti. de⁹ ego sū ⁊ ī cathedra dei sedi ī corde maris: cū sis hō ⁊ nō de⁹: et dedisti coz tuū quasi coz dei. Ecce sapiens oz es tu daniele: omne secretuz nō est absconditū a te. In sapiētia et prudentia tua fecisti tibi fortitudīez: ⁊ acq̄sisti aurū ⁊ argentū in thesauris tuis ī multitudīe sapie

tue: ⁊ ī negociatōne tua multiplicasti tibi
fortitudinē ⁊ eleuatū ē cor tuum in robo-
re tuo. Propterea hec dicit dñs de⁹. Eo⁹ ele
uatum ē cor tuū quasi cor dei: idcirco ecce
ego adducā sup te alienos robustissimos
gētiuz. Et nudabūt gladios suos sup pul-
critudinē sapiētie tue: ⁊ polluēt decorē tu-
um. Interficiēt ⁊ detrahent te: ⁊ morieris
ī interitu occisoꝝ ī corde maris. Nūq̄d di-
cēs loq̄ris de⁹ ego sū coraz interficiētibꝰ te
cū sis hō ⁊ ñ de⁹? In mānu occidētiū te mor
te incircūcisoꝝ morieris: ī manu alienoꝝ:
q̄r ego locut⁹ sū ait dñs de⁹. Et fact⁹ ē sermo
dñi ad me dicēs. Fili hoīs: leua planctuz
sup regē tyri ⁊ dices ei. Hec dicit dñs de⁹.
Tu signaculum similitudinis plen⁹ sapien
tia pfectus decore: ī delicijs paradisi dei fui-
sti. Omnis lapis precios⁹ operimētū tuū:
sardius topasius ⁊ iaspis. crisolit⁹ ⁊ onix
ec berillus. saphirus et carbūculus ⁊ sma-
ragdus. Aurū q̄z op⁹ decoris tui ⁊ foramī-
na tua ī die qua codit⁹ es ꝑpata sūt. Tu
cherub extentus ⁊ protegēs: ⁊ posui te ī mō
te scō dei. In medio lapidū ignitoꝝ amb-
bulasti: pfect⁹ ī vijs tuis a die coditōis tue:
donec inuēta ē iniq̄tas ī te. In multitudine
negociatōis tue repleta sūt interiora tua
iniq̄tate. et peccasti: ⁊ eieci te de mōte dei:
⁊ perdidi te o cherub protegens de medio lapi-
dū ignitoꝝ. Et eleuatū ē cor tuū in decore
tuo. Perdidi sapiēciā tuaz ī decore tuo:
ī terrā proiecī te: añ faciē regū dedi te vt cer-
nerēt te. In multitudine iniq̄tatū tuaꝝ et
iniq̄tate negociatōis tue polluisti scīfica
tōz tuaz. Producā ergo ignē de medio tui
q̄ comedat te: ⁊ dabo te ī cinerē sup terrā in
cōspectu oīm videntiū te. Omnes q̄ viderīt te
ī gētibꝰ obstupescēt sup te. Nihil fct⁹ es: et
nō eris ī ppetuū. Et fct⁹ ē sermo dñi ad me
dicēs. Fili hōis: pone faciē tuā contra sidō
nē ⁊ prophetā de ea: ⁊ dices. Hec dicit dñs de⁹
us. Ecce ego ad te sidon ⁊ gloriabor ī me-
dio tui: et scīet q̄r ego dñs cū fecero ī ea iu
dicia: ⁊ sctificat⁹ fuero ī ea. Et immittā ei
pestilēciā ⁊ sāguiez ī platēis eius: et corru-
ent interfecti ī medio ei⁹ gladio p circuitū:
⁊ scīet q̄r ego dñs. Et nō erit vltr domui isra
el. offēdiculū amaritudis ⁊ spina dolorē i-
ferēs vndiq̄ p circuitū eoꝝ q̄ aduersāntur
eis: ⁊ scīet q̄r ego dñs de⁹. Hec dicit dñs de⁹
us. Cū congregauero domū isrl de populis ī q̄bꝰ
dispsi sūt. sctificabor ī eis corā gētibꝰ: ⁊ ha
bitabūt ī terra sua quā dedi famulo meo iacob:
⁊ habitabunt ī ea securi. Et edificabūt do-
mos ⁊ plantabūt vineas: ⁊ habitabūt cōfi-
dēter cū fecero iudicia ī oīb⁹ q̄ aduersāntur
eis p circuitū: ⁊ scīet q̄r ego dñs de⁹ eoꝝ.

Capitulum XXIX.

In anno decimo et duodecimo mē-
se vna die mēsis factum ē verbū dñi
ad me dicēs. Fili hoīs pone faciez
tuā cōtra pharaonē regez egipti: ⁊ pphetabis
de eo: et de egipto vniuersa loq̄re ⁊ dices.
Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te pharao
rex egipti draco magne q̄ cubas in medio
fluminū tuoꝝ ⁊ dicis. meꝰ ē fluui⁹: ⁊ ego fe
ci memetipsū. Et ponā frenū ī maxillas tu-
is: ⁊ conglutinabo pisces fluminū tuoꝝ squa-
mis tuis. Et extrahaam te de medio flumi-
nū tuoꝝ: ⁊ vniuersi pisces tui squamis tu-
is adherebūt. Et proiciā te ī desertū: ⁊ oēs pi-
sces fluminis tui. Super faciez terre cades.
Nō colligeris: neq̄ congregaberis. Bestijs
terre ⁊ volatilibus celi dedi te ad deuoran
dū: ⁊ scīet oēs habitatores egipti quia ego
dominꝰ. Proeo q̄ fuisti baculꝰ arūdineꝰ do
mui isrl q̄n apprehēdērt te manu. ⁊ confract⁹
es ⁊ laceraſti oēz humerū eoꝝ: et innitentibꝰ
eis sup te comminut⁹ es et dissoluisti oēs re-
nes eoꝝ: propterea hec dicit dñs de⁹. Ecce ego
adducā sup te gladiū: ⁊ interficiā de te ho
minē ⁊ iumētū. Et erit terra egipti ī desertū ⁊
in solitudinē: ⁊ scīet q̄r ego dñs. Proeo q̄
dixeris fluuius meꝰ ē et ego feci eum: idcir-
co ecce ego ad te et ad flumia tua. Dabo-
q̄z terrā egipti ī solitudinē gladio dissipatā:
a turre syenes vsq̄ ad finios ethiopie. Nō
pertrāsibit eā pes hoīs: neq̄ pes iumēti gradi
etur ī ea: et nō habitabitur quadragīta āmis. Da-
boq̄z terrā egipti desertaz ī medio terrarū de-
sertarū: et ciuitates eius ī medio vrbiū sub-
uersaꝝ: ⁊ erūt desolate quadragīta annis. Et
dispgam egiptios ī nacōes: ⁊ ventilabo eos
ī terras: q̄r hec dicit dñs de⁹. Post finez q̄-
draginta annoꝝ cōgregabo egiptum de po-
pulis in quibus dispersi fuerant: ⁊ reducā
captiuitatem egipti ⁊ collocabo eos ī terra
phatures in terram natiuitatis sue: in
terra ad qua sūpti sunt. Et erūt ibi ī regnū
hūile: ⁊ ītr cetera regna erit hūilima. Et
nō eleuabitur vltr sup natōnes: ⁊ imminuaz

eos ne imperēt gentibꝫ:neqꝫ erūt vltra do-
mui iſrl'i ꝓfidentia docētes iniqtatē vt fu-
giāt et sequātur eos:et sciēt qꝛ ego sū dñs
deus. Et factū ē ī vigesimo et septimo an-
no ī primo ī vna mēsis:factū ē verbuꝫ dñi
ad me dicens. ¶Fili hoīs:nabuchodonoſoꝛ
rex babilonis ꝑuire fecit exercituꝫ suū ser
uitutē magna aduersus tijrū. Oīe caput
decaluatuꝫ:ꝙ oīs humer⁹ depilat⁹ ē. Et mer
ces nō ē reddita ei neqꝫ exercitui ei⁹ de tij-
ro:ꝑ ꝑuitutē q̄ seruiuit mihi aduersus eā.
Propterea hec dicit dñs de⁹. Ecce ego da-
bo nabuchodonoſoꝛ regē babilonis ī terra
egipti: et accipiet multitudinē eius et dēꝑ
dabit manubias ei⁹ ꝙ diripiet spolia ei⁹:ꝙ
erit merces exercitui illi⁹ ꝙ opi ꝑ quo seru
uit aduersus eā. Dedi ei terraꝫ egipti:ꝑeo
q̄ laborauerit mihi ait dñs de⁹. ¶In die il-
la pullulabit coꝛnu domui iſrl': et tibi da-
bo aptū os ī medio eoꝝ:et sciēt qꝛ ego do-
minus. ¶ Capitulum .XXX.

Et factū ē verbuꝫ dñi ad me dicēs.
¶Fili hoīs ꝓꝓha et dic. Hec dicit do
mín⁹ de⁹. Vlulate ve ve diei:qꝛ iu-
xta ē dies ꝙ appropinq̄bit dies dñi:dies nu
bis. tēpus gētiū erit. Et veniet gladi⁹ ī egi
ptū:ꝙ erit pauoꝛ in ethiopia cū ceciderint
vulnerati ī egipto:ꝙ ablata fuerit multitu
do illi⁹ ꝙ destructa fundamenta ei⁹. Ethio-
pia ꝙ libia ꝙ lidij et oīe reliquum vulgus
ꝙ chub et filij terre federis cū eis gladio ca
dent. Hec dicit dñs de⁹. Et coꝛruēt fulcien-
tes egiptuꝫ: ꝙ destrueť ſupbia imperij ei⁹.
A turre sijenes gladio cadēt in ea:ait dñs
exercituū. Et dissipabunť ī medio terrarū
desolatarū:ꝙ vrbes eius in medio ciuitatū
desertarū erūt:ꝙ sciēt qꝛ ego dñs deus. cuꝫ
dedero ignem ī egipto.ꝙ attriti fuerīt oēs
auxiliatoꝛes ei⁹. ¶In die illa egredienť nū-
cij a facie mea ī trieribꝫ ad ꝓterēdā ethio-
pie ꝓfidētiā.ꝙ erit pauoꝛ ī eis ī die egipti:
qꝛ absqꝫ dubio veniet. Hec dicit dñs de⁹.
Et cessare faciā multitudinē egipti in ma-
nu nabuchodonoſoꝛ regis babilonis. ¶Ipſe
ꝙ ꝓꝑ⁹ ei⁹ cū eo:foꝛtissimi gētiū adducen-
tur ad dispergēdam terrā. Et euaginabūt
gladios suos sup egiptū: ꝙ implebūt terrā
interfectis:ꝙ faciā alueos fluminū aridos
ꝙ tradā terrā ī man⁹ pessimoꝝ:ꝙ dissipabo
terrā et plenitudinē ei⁹ ī manus alienoꝝ.
Ego dñs locut⁹ sū. Hec dicit dñs de⁹. et dis
perdaꝫ simulacra: ꝙ cessare faciā ydola de
mēphis:et dux de terra egipti nō erit āpli
us. Et dabo ťroꝛē ī terrā egipti ꝙ dispergā
terrā phatures ꝙ dabo ignē ī taphnis:ꝙ fa
ciā iudicia mea ī alexādria. Et effūdā indi
gnatōꝫ meā sup peluſiū robur egipti:ꝙ in-
terficiā multitudinem alexandrie: ꝙ dabo
ignē ī egipto. Quasi ꝓturiēs dolebit pelusi
um:ꝙ alexādria erit dissipata:et ī mēphis
āgustie quottidiane. ¶Iuuenes eliopoleos
et bubasti gladio cadēt:et ipe captiue du-
cētur. Et ī taphnis nigreſcet dies:cū ꝓtri-
uero ibi sceptra egipti:ꝙ defecerit ī ea sup-
bia potentie eius. ¶Ipam nubes opiet:filie
aūt ei⁹ in captiuitatē ducētur. Et iudicia
faciā ī egipto:ꝙ sciēt qꝛ ego dñs. Et factuꝫ
est ī vndecimo āno ī primo mēse ī septimo
mensis:factū ē verbū dñi ad me dicēs. ¶Fi
li hoīs. brachiū pharaonis regis egipti cō
fregi:ꝙ ecce nō ē obuolutuꝫ vt restitueret
ei sanitas vt ligareť pannis ꝙ fascireť lin-
theolis: ꝙ recepto roboꝛe possit tenere gla
diū. Propterea hec dicit dñs de⁹. Ecce ego
ad pharaonē regē egipti:ꝙ ꝓminuā ei⁹ bra
chiū foꝛte sꝛ ꝓfractū:ꝙ deiciā gladiū de ma
nu ei⁹. Et dispgam egiptū ī gētibꝫ:ꝙ venti-
labo eos ī terris. Et ꝓfoꝛtabo brachia re-
gis babilonis:daboqꝫ gladiū meū ī manu
ei⁹. Et ꝓfrīgā brachiū pharaonis:ꝙ gemēt
gemitibꝫ interfecti coraꝫ facie ei⁹. Et ꝓfoꝛ
tabo brachia ſrgis babilōis:ꝙ brachia pha
raonis ꝓcidēt. Et sciēt qꝛ ego dñs cū dede-
ro gladiū meuꝫ ī manū regis babilonis:ꝙ
extendēt eū sup terrā egipti. Et dispgā egi
ptū in natōnes:ꝙ ventilabo eos ī terras:ꝙ
scient qꝛ ego dñs. ¶ Capitulū .XXXI.

Et factū ē ī āno vndecio tercio men
se vna mēsis:factū ē verbuꝫ dñi ad
me dicēs. ¶Fili hoīs:dic pharaoni
regi egipti ꝙ ꝓꝑ⁹ ei⁹. Cui similis factus es
ī magnitudine tua:Ecce assur q̄si cedrus ī
libano pulcer ramis ꝙ frōdibꝫ nemoroſus.
excelſusq̄ altitudine: ꝙ inter ꝓtensas fron
des eleuatum est cacumen eius. Aque nu-
trierunt illū:abissus exaltauit illum. ¶Flu
mina eius manabant in circuitu radicum
eius: et riuos suos emisit ad vniuersa li-
gna regiōis. Ꝓterea eleuata ē altitudo ei⁹
sup oīa ligna regionis: ꝙ multiplicata sūt
arbusta ei⁹: ꝙ eleuati sūt rami ei⁹ ꝑ aquis

multis. Cũq; extẽdisset vmbrã suã. ĩ ramis
ei⁹ fecerũt nidos oĩa volatilia celi: ⁊ sub
frondibꝫ ei⁹ genuerũt oẽs bestie saltuũ: et
sub vmbraculo illi⁹ habitabat cetus gentiu
um plurimaꝝ. Erat q; pulcerrim⁹ ĩ magni
tudine sua: ⁊ in dilatõne arbustoꝝ suoꝝũ.
Erat ei radix illi⁹ iuxta aquas multas. Ce
dri nõ fuerũt altiores illo ĩ paradiso dei. Abi
etes nõ adequauerũt sũmitatẽ ei⁹: ⁊ plata
ni nõ fuerũt eque frõdibꝫ illi⁹. Oĩe lignũ
paradisi dei nõ ẽ assimilatũ illi ⁊ pulcritudi
ni ei⁹: qm̃ speciosũ feci eũ: ⁊ multis ꝓdẽsis
q; frondibꝫ. Et emulata sũt eũ oĩa ligna
voluptatis: q̃ erãt ĩ paradiso dei. Propterea
hec dicit dñs de⁹. Proceo q; sublimatus est
in altitudine ⁊ dedit sũmitatẽ suam virẽtẽ
atq; ꝓdẽsam et eleuatũ ẽ cor ei⁹ ĩ altitudi
ne sua: tradidi eã ĩ man⁹ fortissimi gentiu
uz. Faciẽs faciet ei: iuxta impietatẽ eius.
Et eieci eã: ⁊ succidẽt eã alieni ⁊ crudelissi
mi nacionũ. Et piciẽt eũ sup mõtes: ⁊ ĩ cũ
ctis ꝓuallibꝫ corruẽt rami ei⁹. Et ꝓfringẽ
tur arbusta ei⁹ ĩ vniuersis rupibꝫ terre: et
recedent de vmbraculo ei⁹ oẽs ꝑpli terre: et
relinquent eũ. In ruina ei⁹ habitauerunt
oĩa volatilia celi: ⁊ ĩ ramis ei⁹ fuerũt vni
uerse bestie regionis. Quãobrem nõ eleua
buntur in altitudine sua oĩa ligna aq̃rũ: nec
ponẽt sublimitatẽ suã inter nemorosa atq;
frondosa. nec stabũt ĩ sublimitate sua oĩa
q̃ irrigãt aq̃s: qr oẽs ẽditi sũt ĩ mortez ad
terrã vltimã ĩ medio filioꝝ hoĩm ad eos q̃
descendũt ad lacum. Hec dicit dñs de⁹. In
die qñ descendit ad inferos indixi luctuz.
operui eũ abisso: et phibui flumina eius: ⁊
coercui aquas multas. Contristat⁹ ẽ super
eum liban⁹: ⁊ oĩa ligna agri ꝓbussa sũt. A
sonitu ruine ei⁹ cõmouit gẽtes. cũ deducerem eũ ad infernũ cũ bijs q̃ descẽdebãt ĩ la
cũ. Et ꝓsolata sũt ĩ terra infima oĩa ligna
voluptatis egregia atq; ꝑclara in libano:
vniuersa que irrigabãt aq̃s. Nã ⁊ ipsi cuz
eo descendũt ad infernũ ad ĩterfectos gladio: ⁊ brachiũ vniuscuiusq; sedebit sub vm
braculo ei⁹ ĩ medio nacionũ ei⁹. Cui assimilatus es o inclite atq; sublimis inter ligna
voluptatis? Ecce deduct⁹ es cũ lignis volu
ptatis ad terrã vltimã. In medio incircũ
cisoꝝ dormies: cuz eis q̃ interfecti sũt gladio. Ipse ẽ pharao ⁊ omnis multitudo eius
dicit dñs deus. ¶ Capitulum. XXXII

Et factũ ẽ duodecimo anno ĩ mense
duodecio in vna mẽsis: factũ ẽ ver
bũ dñi ad me dicens. Fili hoĩs. assume lamẽtũ sup pharaonẽ regẽ egipti: et
dices ed eũ. Leoni gentiũ assimilatus es: ⁊
draconi q̃ ẽ in mari. Et vẽtilabas cornu in
fluminibꝫ tuis: ⁊ ꝓturbabas aquas pedibꝫ
tuis: ⁊ ꝓculcabas flumia eaꝝ. Propterea
hec dicit dñs de⁹. Expãdã sup te rethe meuz ĩ mltitudie ꝑploꝝ mltoꝝ: ⁊ extrhã te ĩ sagena mea ⁊ piciã te in terraz. Sup faciem
agri abiciã te: et habitare faciã sup te oĩa
volatilia celi: ⁊ saturabo de te bestias vniuerse terre. Et dabo carnes tuas sup montes: et ĩplebo colles tuos sanie tua. Et irrigabo terrã fetore sãguis tui sup mõtes:
⁊ valles ĩplebũt ex te. Et opiaz cũ excict⁹
fueris celos: ⁊ nigrescẽ faciam stellas ei⁹.
Solẽ nube tegã: ⁊ luna nõ dabit lumẽ suum. Oĩa lumiaria celi merere faciã sup
te: ⁊ dabo tenebras sup terrã tuaz dicit dominꝰ de⁹. Cũ ceciderit vulnerati tui in medio terre ait dñs de⁹. Et irritabo cor ꝑploꝝ
rũ multoꝝ cũ induxero ꝓtritiõz tuaz ĩ gentibꝫ sup terras q̃s nescis: ⁊ stupescẽ faciam
sup te ꝑplos multos. Et reges eoꝝ horrore
nimio formidabũt sup te cuz volare cepit
gladius me⁹ sup facies eoꝝ: et obstupescẽt
repẽte singuli ꝓ aĩa sua ĩ die ruine sue: q̃a
hec dicit dñs de⁹. Gladi⁹ regis babilõis ve
niet tibi: in gladijs fortiũ deiciam multitudiez tuaz. Inexpugnabiles oẽs gẽtes hee.
Et vastabũt supbiã egipti: et dissipabitur
mltitudo ei⁹. Et pdã oĩa iumẽta ei⁹ q̃ erãt
sup aq̃s plurimas: ⁊ nõ ꝓturbabit eas pes
hoĩs vlt̃: neq; vngula iumentoꝝ turbabit
eas. Tũc purissimas reddã aq̃s eoꝝ: ⁊ flumia earũ quasi oleũ adducã ait dñs deus:
cũ dedero terrã egipti desolatã. Deseret aũ
terra a plenitudie sua qñ ꝑcussero oẽs habitatores ei⁹: ⁊ sciẽt qr ego dñs. Planctus
ẽ: ⁊ plãgent eũ filie gentium plãgẽt eũ sup
egiptũ ⁊ sup multitudinẽ ei⁹ plãgẽt eũ: ait
dñs de⁹. Et factũ ẽ ĩ duodecio ãno. ĩ q̃ntadecia mẽ: factũ ẽ verbũ dñi ad me dicẽs.
Fili hoĩs. cane carmẽ lugubre sup mltitudinem egipti. Et detrahe eã: ipam ⁊ filias
gentiũ robustarũ ad terrã vltimã: cũ bijs
qui descendũt in lacum. Quo pulcrior es
descende: ⁊ dormi cum incircũcisis. In medio interfectoꝝ gladio cadẽt. Gladi⁹ dat⁹

est. Et attraxerũt eã: ⁊ oĩes ꝓpĺ̃os eiꝰ. Lo
quenť ei potentissimi robustoꝝ̃ de medio
inferni: q̃ cuꝫ auxiliatoꝝ̃ibꝫ eiꝰ descẽderẽt et
dormierẽt ĩcircũcisi ĩterfectiqꝫ gladio. Ibi
assur et oĩs multitudo eiꝰ: in circuitu illiꝰ
sepulcra eoꝝ oĩes interfecti ⁊ q̃ ceciderũt
gladio: quoꝝ data sunt sepulcra ĩ nouissi-
mis laci. Et facta ẽ multitudo eiꝰ ꝑ gijrum
sepulcri eiꝰ: vniuersi interfecti cadentesqꝫ
gladio: q̃ dederãt quondã formidinẽ suaꝫ ĩ
terra viuentiũ. Ibi elam: et oĩs multitudo
eius ꝑ gijrũ sepulcri sui. Oẽs hij interfecti
ruentes gladio: q̃ descẽderũt incircũcisi ad
terrã vltimã. Qui posuerũt terroꝝ̃ suuꝫ ĩ
terra viuentiũ: ⁊ portauerũt ignominiam
suam cũ hijs q̃ descenderũt in lacũ. In me-
dio interfectoꝝ posuerũt cubile eiꝰ in vni
uersis ꝓpĺ̃is eiꝰ: in circuitu eiꝰ sepulcꝝ illi-
us. Oẽs hij in circũcisi interfectiqꝫ gladio.
Dederũt emĩ terroꝝ̃ suũ in terra viuentiũ:
et portauerũt ignominiã suã cũ hijs q̃ de-
scendũt ĩ lacũ. In medio interfectoꝝ posi-
ti sũt. Ibi mosoch ⁊ tubal ⁊ oĩis multitu
do eiꝰ: ĩ circuitu eiꝰ sepulcra illius. Oĩes
hij incircũcisi interfectiqꝫ et cadentes gla-
dio: qꝛ dederũt formidinẽ suã ĩ terra viuẽ-
tiũ: ⁊ nõ dormient cũ fortibꝫ cadentibꝫqꝫ ⁊
incircũcisis q̃ descẽderũt ad infernũ cũ ar
mis suis. Et posuerũt gladios suos sub ca
pitibꝫ suis: ⁊ fuerũt iniq̃tates eoꝝ ĩ ossibꝰ
eoꝝ: quia terroꝛ fortiũ facti sũt ĩ terra vi
uentiũ. Et tu ergo ĩ medio incircũcisoꝝ
ꝓtereris: ⁊ dormies cũ interfectis gladio.
Ibi ꝟdumea ⁊ reges eiꝰ ⁊ oĩes duces eiꝰ:
q̃ dati sũt cũ exercitu suo cũ ĩterfectis gla
dio: ⁊ qui cũ incircũcisis dormierũt. ⁊ cum
hijs q̃ descenderũt ĩ lacũ. Ibi pr̃icipes aq̃-
lonis oĩes et vniuersi venatoꝛes q̃ deduc-
ti sũt cũ interfectis: pauentes ⁊ ĩ sua foꝛ-
titudine ꝓfusi. qꝛ dormierũt ĩcircũcisi cum
interfectis gladio: ⁊ portauerẽt ꝓfusionem
suaꝫ cũ hijs q̃ descendũt in lacũ. Vidit eos
pharao ⁊ ꝓsolatꝰ est sup vniuersa multitu-
dine sua q̃ interfecta est gladio: pharao et
oĩis exercitꝰ eiꝰ ait dñs deꝰ: qꝛ dedit ter-
roꝛẽ suũ in terra viuẽtiũ: ⁊ dormiuit ĩ me-
dio incircũcisoꝝ cũ ĩterfectis gladio: pha-
rao et omnis multitudo eius ait dñs deꝰ.

¶ Capitulum . XXXIII.

ET factũ est verbũ dñi ad me dicẽs.
Fili hoĩs. loquẽ ad filios ꝓpĺi tui:
et dices ad eos. Terra cũ ĩduxero
sup eã gladiũ ⁊ tulerit ꝓpĺs terre virũ vnũ
de nouissimis suis et ꝓstituerit eum sup se
speculatoꝛẽ ⁊ ille viderit gladiũ venientem
sup terrã. ⁊ cecinerit buccina ⁊ annũciaue
rit ꝓpĺo: audiẽs ať q̃s q̃s ille ẽ sonitũ bucci-
ne ⁊ ñ se obꝺuauerit veneritqꝫ gladiꝰ ⁊ tu-
lerit eũ: sãguis ipiꝰ sup caput eiꝰ erit. So
nũ buccine audiuit ⁊ nõ se obꝺuauit: san-
guis eius in ipo erit. Si ať se custodierit:
aiaꝫ suã saluauit. Oẽ si speculatoꝛ viderit
gladiũ venientẽ ⁊ ñ insonuerit buccina ⁊
ꝓpĺs se ñ custodierit. veneritqꝫ gladiꝰ ⁊ tu-
lerit de eis aiam: ille q̃dẽ ĩ iniq̃tate sua ca-
ptus ẽ: sanguinẽ ať eiꝰ de manu speculato-
ris req̃raꝫ. Et tu fili hoĩs: speculatoꝛẽ dedi
te domui isrl̃. Audiẽs ǧ ex oꝛe meo sermo
nẽ: annũciab eis ex me. Si me dicente ad
impiũ. impie moꝛte moꝛieris. nõ fueris lo-
cutꝰ vt se custodiat ĩpiꝰ a via sua: ipe im-
pius ĩ iniq̃tate sua moꝛiet: sãguinẽ ať eiꝰ
de manu tua req̃rã. Sin aũt annũciaui te
ad impiũ vt a vijs suis ꝓuertat̃ . nõ fuerit
ꝓuersꝰ a via sua: ipe ĩ iniq̃tate sua moꝛie-
tur: poꝛro tu aiam tuã liberasti. Tu vero
fili hoĩs: dic ad domũ isrl̃. Sic locuti estis
dicentes. Iniquitates nr̃e et pcta nr̃a sup
nos sũt: et in ipis nos tabescim⁹. Quomõ
ergo viuere poterim⁹? Dic ad eos. Viuo
ego dicit dñs deus: nolo moꝛtẽ impij: ſꝫ vt
ꝓuertat̃ impius a via sua et viuat. Cõuer
timini a vijs vestris pessimis. Et q̃re moꝛi
emini domus isrl̃? Tu itaq̃ fili hominis
dic ad filios populi tui. Justicia iusti non
liberabit euꝫ in quacũq̃ die peccauerit: et
impietas impij non nocebit ei in quacũq̃
die conuersus fuerit ab impietate sua. Et
iustus non poterit viuere in iusticia sua ĩ
quacunq̃ die peccauerit. Etiam si dixero
iusto q̃ vita viuat . et confisus iniusticia
sua fecerit iniquitatẽꝫ omnes iusticie eius
obliuioni tradẽtur: ⁊ ĩ iniquitate sua quã
operatus est in ipsa moꝛietur. Si autem
dixero impio moꝛte moꝛieris. et egerit pe-
nitẽciam a peccato suo. feceritqꝫ iudiciũ
et iusticiam. ⁊ pignus restituerit ille impi
us . rapinamq̃ reddiderit : in mandatis
vite ambulauerit nec fecerit quicq̃m iniu-
stum: vita viuet et non moꝛietur. Omnia

pcta ei⁹q̄ peccauit nō imputabūt ei. Judi
ciū ⁊ iusticiam fecit: vita viuet. Et dixerūt
filij ꝓpli tui. Non ē equa ponderis via dñi.
Et ipox via iniusta ē. Cū eñ recesserit iu
stus a iusticia sua feceritq; iniq̄tates: mo-
riet̄ in eis. Et cū recesserit impi⁹ ab impie-
tate sua feceritq; iudiciū ⁊ iusticiaz: viuet
in eis. Et dicitis. Nō ē recta via dñi. Unū-
quēq; iuxta vias suas iudicabo de vob̄ do-
m⁹ isrl̄. Et factū ē i duodecimo anno i decio
mēse. i q̄nta mēs trāsmigr̄ōis nr̄e: veit ad
me q̄ fugerat de ihrl̄m dicēs. Plastata ē ci-
uitas. Man⁹ aūt dñi facta fuerat ad me ve-
spe anteq̄ veniret q̄ fugerat: apperuitq; os
meū donec veniret ad me mane: ⁊ apto ore
meo nō silui amplius. Et factū ē verbū do
mini ad me dicēs. Fili hoīs: q̄ habitant in
ruinosis hijs sup humū isrl̄ loq̄ntes aiūt.
Un⁹ erat abrahā: ⁊ hēditate possidebit ter-
ram. Nos aūt multi sum⁹: nob̄ data ē terra
i possessionē. Idcirco dices ad eos. Hec di
cit dñs de⁹ q̄ in sanguīe comeditis ⁊ oculos
vr̄os leuatis ad immūdicias vr̄as ⁊ sāgui-
nem funditis: nūq̄d terrā hereditate possi
debitis: Stetistis i gladijs vestris. fecistis
abominatōes. ⁊ vnusquisq; uxorem ꝓximi
sui polluit: et terrā hēditate possidebitis:
Hec dices ad eos. Sic dicit dñs de⁹. Uiuo
ego: qr̄ q̄ i ruinosis habitāt gladio cadēt:
⁊ q̄ in agro ē. bestijs tradet̄ ad deuorādū: q̄
aūt in p̄sidijs et in spelūcis sūt peste morie-
tur. Et dabo terrā in solitudinē ⁊ i deptū:
et deficiet superba fortitudo ei⁹: ⁊ desolabūt
mōtes isrl̄. eoq; nullus sit q̄ p eos trāseat.
Et scient qr̄ ego dñs cū dedero terrā eorū
desolatam ⁊ desertaz: ꝓter vniuersas abo-
minationes suas q̄s operati sunt. Et tu fili
hominis filij ꝓpli tui q̄ loquūt de te iuxta
muros ⁊ in ostijs domox ⁊ dicūt vn⁹ ad al
terū vir ad ꝓximū suū loquentes venite ⁊
audiam⁹ q̄ sit sermo egredies a dño: ⁊ ve-
niūt ad te quasi si ingrediat̄ ꝓplus. Et sedēt
cor̄ te ꝓplus me⁹: ⁊ audiunt sermones tu-
os et nō faciūt eos: qr̄ in cāticum oris sui
vertūt illos. Et auariciā suaz seq̄t cor eo-
rū: et es eis quasi carmē musicuz q̄ suaui
dulciq; sono canit̄. Et audiūt verba tua ⁊
nō faciūt ea: ⁊ cū venerit q̄ p̄dictū ē ecce
em̄ venit: tunc scient quia ꝓphetes fuerit
inter eos. ¶ Capituluz .XXXIIII.

ET factū ē verbū dñi ad me dicens.
Fili hoīs ꝓpheta de pastoribus isra-
el: ꝓpheta ⁊ dices pastoribus. Hec di
cit dñs de⁹. Ue pastoribus isrl̄: q̄ pascebant
semetipos. Nōne greges a pastoribus pascū
tur? Lac comedebatis et lanis operiebami-
ni: ⁊ q̄d crassū erat occidebatis: gregē aut̄
meū nō pascebatis. Q̄d infirmū fuit nō cō-
solidastis: ⁊ q̄d egrotū nō sanastis. Q̄d fra
ctū ē nō alligastis. ⁊ q̄d abiectū ē nō redu
xistis: ⁊ q̄d perierat n̄ quesistis: sed cum au-
steritate imperabatis eis ⁊ cū potētia. Et
dispersē sunt oues mee eoq; nō eēt pastor:
et factē sūt i deuoratōz oīm bestiarū agri:
et dispse sūt. Errauer̄t greges mei i cūctis
montibus ⁊ i vniuerso colle excelso: ⁊ super
oñez faciez terre dispersi sūt greges mei:
et nō erat q̄ req̄reret. Nō erat inq̄ q̄ requi
reret. Propterea pastores audite verbū do
mini. Uiuo ego dicit dñs de⁹: qr̄ peo q; fa-
cti sūt greges mei in rapinā ⁊ oues mee in
deuoratōez omniū bestiarū agri. eoq; non
esset pastor: neq; ei quesierūt pastores gre
gē meū: sed pascebāt pastores semetipos ⁊
greges meos nō pascebant: ꝓterea pasto-
res audite v̄bū dñi. Hec dicit dñs de⁹. Ec-
ce egoipe sup pastores: requirā gregē meū
de manu eox ⁊ cessare eos faciā vt vltra n̄
pascant gregem meū: nec pascant ampli⁹
pastores semetipsos. Et liberabo gregem
meū de ore eorum: et nō erūt eis in escam:
quia hec dicit dñs deus. Ecce egoipse req̄-
ram oues meas: et visitabo eas sicut visi-
tat pastor gregez suū: i die q̄n fuerit i me-
dio ouium suarum dissipatax. Sic visita
bo oues meas: ⁊ liberabo eas ō omnib̄ lo
cis in quib̄ dispersē fuerāt i die nubis ⁊ ca
liginis. Et educam eas de populis et con-
gregabo eas de terris: ⁊ inducam eas i ter
ram suam: ⁊ pascam eas in mōtib̄ isrl̄ i ri
uis ⁊ i cūctis sedib̄ terre. In pascuis v̄bri
mis pascā eas: ⁊ in montibus excelsis isra
el erunt pascue earum. Ibi requiescent in
herbis virentib̄: ⁊ in pascuis pinguib̄ pa
scentur super montes israel. Ego pascam
oues meas: et ego eas accubare faciam di
cit dñs de⁹. Quod perierat requiram et q̄d
abiectū erat reducam: et quod confractuz
fuerat alligabo et q̄d infirmū fuerat con-
solidabo: ⁊ q̄d pingue et fortē custodiam.
⁊ pascā illas i iudicio. Uos aūt greges mei:

Hec dicit dñs deus. Ecce ego iudico inter pecus ⁊ pecus. arietũ ⁊ hircoꝝ. Nõne satis vobis erat pascua bona depasci: Insuper et reliquias pascuarũ vr̃aꝝ conculcastis pedibꝫ vr̃is: et cũ purissimã aquã biberitis: reliquaꝫ pedibꝫ vr̃is c̃bastis. Et oues mee hijs q̃ conculcata pedibꝫ vr̃is fuerãt pascebãtur: ⁊ q̃ pedes vr̃i turbauerãt hec bibebãt. Propterea hec dicit dñs deus ad vos. Ecce egoipse iudico inter pecus pingue ⁊ macilẽtũ. Proeo q̃ latꝫibꝫ ⁊ humeris inpigebatis ⁊ cornibꝫ vr̃is ventilabatis oĩa infirma pecora donec dispergerẽtur foras: saluabo grezẽ meũ ⁊ nõ erit vltra ĩ rapinã: ⁊ iudicabo inter pec⁹ et pec⁹. Et suscitabo super eas pastorem vnũ q̃ pascat eas seruũ meũ dauid: ipse pascet eas: ⁊ ipe erit eis ĩ pastorẽ. Ego aũ dñs ero eis ĩ deũ: ⁊ seruus me⁹ dauid princeps ĩ medio eoꝝ. Ego dñs locut⁹ sũ. Et faciaꝫ cũ eis pactũ pacis: ⁊ cessare faciam bestias pessimas de terra. Qui habitãt ĩ deserto securi dormiẽt in saltibus ⁊ ponam eos ĩ circuitu collis mei bñdictõnem: ⁊ deducam ymbrẽ ĩ tẽpore suo: ⁊ pluuie bñdictõnis erunt. Et dabit lignũ agri fructũ suũ: ⁊ terra dabit germen suũ: ⁊ eũt ĩ terra sua absq̃ timore. Et sciẽt q⁊ ego domin⁹ cũ cõtriuero cathenas iugi eoꝝ: ⁊ eruero eos ⁊ manu impantiũ sibi. Et nõ erũt vltra ĩ rapinã ĩ gẽtibꝫ: neq̃ bestie terre deuorabũt eos: sed habitabũt cõfidenr̃ absq̃ vllo terrore. Et suscitabo eis germẽ noĩatũ: et nõ erũt vltra imminuti fame in terra: neq̃ portabũt vlr̃ obprobria gentiũ. Et scient q⁊ ego dñs deus eoꝝ cũ eis: ⁊ ipi populus me⁹ dom⁹ isrl̃ ait dñs deus. Vos aũt greges mei greges pascue mee hoĩes estis: et ego dñs de⁹ vester: dicit dñs de⁹.

Capitulũ .XXXV.

Et factus ẽ sermo dñi ad me dicẽs. Fili hoĩs pone faciẽ tuã aduersuꝫ montẽ seyr: ⁊ pphetabis de eo et dices illi. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te mons seijr: ⁊ extẽdam manũ meã sup te. et dabo te desolatum atq̃ desertũ. Urbes tuas demoliar et tu desertus eris: et scies qa ego dñs eoq̃ fueris inimic⁹ sempitern⁹. et pcluseris filios isrl̃ ĩ man⁹ gladij in tpe afflictõis eoꝝ. ĩ tpe iniq̃tatis extreme. Propterea viuo ego dicit dñs deus: qm̃ sanguini trabaꝫ te. ⁊ sanguis te psequet̃: ⁊ cũ sanguine odieris: sanguis psequet̃ te. Et dabo montẽ seijr desolatũ et desertum: et auferã de eo euntẽ ⁊ redeuntẽ: ⁊ ĩplebo mõtes ei⁹ occisoꝝ suoꝝ. In collibꝫ tuis ⁊ in vallibus tuis atq̃ ĩ torrentibꝫ interfecti gladio cadent. In solitudines sempiternas trabam te: ⁊ ciuitates tue ñ habitabũr̃. Et scietis qr ego domin⁹ de⁹: eoq̃ dixeris due gẽtes ⁊ due terre mee erũt et hẽditatẽ possidebo eas: cũ dñs eẽt ibi. Propterea viuo ego dicit dñs de⁹: qr faciã iuxta irã tuã ⁊ ẽm zelũ tuũ quẽ fecisti odio habẽs eos: ⁊ notus efficiar p eos cũ te iudicauero: ⁊ scies quia ego dñs. Audiui vniuersa obprobria tua q̃ locut⁹es de mõtibꝫ isrl̃ dicẽs. Deserti nobis ad deuorãdũ dati sũt. Et insurrexistis sup me ore vr̃o: et derogastis aduersũ me. Uerba vr̃a ego audiui. Hec dicit dñs de⁹. Letãte vniuersa terra. ĩ solitudinẽ te redigam: sicuti gauisus es sup hẽditatẽ dom⁹ isrl̃: eoq̃ fuerit dissipata sic faciã tibi. Dissipat⁹ eris mons seyr. ⁊ ydumea oĩs: ⁊ scient quia ego dñs.

Capi. XXXVI.

Tu aũt fili hominis ppheta sup montes israel: ⁊ dices. Mõtes israel audite verbum dñi. Hec dicit domin⁹ deus. Eoq̃ dixerit inimicus de vobis euge altitudines sempiterne in hereditatẽ date sunt nob: pphetea vaticinare et dic. Hec dicit dñs de⁹. Proeo q̃ desolati estis ⁊ conculcati p circuitum et facti ĩ hẽditatẽ reliq̃s gentibꝫ: ⁊ ascendisti super labiũ lingue ⁊ obprobriũ pplj: pphetea montes isrl̃ audite vbũ dñi dei. Hec dicit dñs de⁹ mõtibꝫ ⁊ collibus torrentibꝫ vallibusq̃ ⁊ desertis parietinis et vrbibꝫ derelictis q̃ depopulate sũt et subsanate a reliquis gentibꝫ p circuitũ. Propterea hec dicit dominus deus. Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibꝫ et de ydumea vniuersa: q̃ dederũt terram meã sibi in hereditatẽ cũ gladio et toto corde ⁊ ex animo: ⁊ eiecerũt eã vt vastarẽt: idcirco vaticinare sup humuꝫ israel: et dices montibus et collibus iugis et vallibus. Hec dicit dominus deus. Ecce ego in zelo meo ⁊ in furore meo locut⁹ sũ: eoq̃ confusionem gentiuꝫ sustinueris. Idcirco hec dicit dominus deus. Ego leuaui manum meã vt gentes que ĩ circuitu vr̃o sũt ipe confusionẽ suaꝫ portẽt: vos aũ mõtes

ísrael ramos vr̃os germinetis:ꝙ fructū ve-
ſtrū afferatis ꝓplo meo ísrl̃. ꝓpe em̃ eſt
vt veniat. Quia ecce ego ad vos: et cōuer
tar ad vos.ꝙ arabimī:ꝙ accipietis ſemēꝛ
et multiplicabo ī vob̄ hoīes om̃ezqꝫ domū
ísrl̃. Et habitabunt̃ ciuitates.ꝙ ruinoſa ī-
ſtaurabūt̃:ꝙ replebo vos hoīb̄ ꝙ iumētis:
ꝙ multiplicabūt̃ ꝙ creſcēt. Et habitare vos
faciā ſicut a ꝓncipio:boniſqꝫ donabo ma-
ioribꝫ q̄ habuiſtis ab inicio :ꝙ ſcietis quia
ego dñs. Et adducam ſup vos hoīes ꝓplm
meū ísrl̃: et hēditatꝛ poſſidebūt ꝛ. Et eris
eis ī hēditatē:et ñ addes vltra vt abſqꝫ eis
ſis. Hec dicit dñs de⁹. ꝓpeo q̄ dicūt ꝛ vo
bis deuoratrix hoīm es ꝙ ſuffocās gentem
tuam: ꝓterea hoīes nō ꝛmedes amplius:
et gentē tuā nō necabis vltra ait dñs de⁹.
Nec audītam faciam ī ꝛ ampli⁹ ꝛfuſionē
gentiū:et obꝓbriū ꝓplꝰ nequaq̄ porta-
bis: ꝙ gentē tuā nō amittes āplius ait do-
min⁹ de⁹. Et factū ē verbū dñi ad me dicēs.
Fili hoīs.dom⁹ ísrl̃ habitauerūt in humo
ſua: ꝙ polluerūt eam in vijs ſuis et in ſtu-
dijs ſuis. Juxta īmūdiciā mēſtruatꝛ facta
eſt vía eoꝝ corā me:ꝙ effudi indignatōnez
meā ſup eos ꝓ ſanguine quē fuderūt ſuper
terrā. Et in ydolis ſuis polluerūt eaz:et di
ſpſi eos in gentes ꝙ vētilati ſūt ī terras:iu
xta vías eoꝝ ꝙ ad inuentōnes eoꝝ iudica-
ui eos. Et īgreſſi ſūt ad gentes ad quas ī-
troierūt et polluerūt nomē ſanctū meū:cū
dicēr̃ ꝺ eis ꝓplus dñi iſte ē:et de terra eius
egreſſi ſunt. Et pepci nomini ſancto meo:
qđ polluerat dom⁹ ísrl̃ ī gētib̄ ad q̄s īgreſ-
ſi ſunt. Idcirco dices domui ísrl̃. Hec dicit
dñs de⁹. Non ꝓpter vos ego faciam domus
ísrl̃: ſed ꝓpter nomē ſanctū meū qđ pollui-
ſtis in gētib̄ ad quas intraſtis. Et ſanctifi
cabo nomē meū magnū qđ pollutū ē ī ter
gētes qđ polluiſtis ī medio eaꝝ: vt ſciant
gētes qꝛ ego dñs.dicit dñs exercituū. Cum
ſanctificat⁹ fuero ī vob̄ corā eis. Tollā q̄p
pe vos de gētib̄:ꝙ ꝛgregabo vos ꝺ vniuer
ſis terris:ꝙ adducā vos in terrā vr̃am. Et
effundam ſup vos aquā mūdam: et mūda
bimini ab oīb̄ inq̄namētis vr̃is: ꝙ ab vni-
uerſis ydolis vr̃is mundabo vos. Et dabo
vobis coꝛ nouū:ꝙ ſpūm nouuz ponā ī me-
dio vr̃i. Et auferā coꝛ lapideū de carne ve-
ſtra: ꝙ dabo vobis coꝛ carneū:ꝙ ſpūm me-
um ponā in medio vr̃i. Et faciam vt ī p̄ce
ptis meis ambuletis:ꝙ iudicia mea cuſto-
diatis ꝙ operemini. Et habitabitis ī terra
quā dedi p̄ib̄ vr̃is:ꝙ eritis mihi ī ꝓplm: et
ego ero vobis ī deū. Et ſaluabo vos ex vni
uerſis īq̄namētis vr̃is: ꝙ vocabo frumētū
et mltiplicabo illud:ꝙ nō imponā ī vos fa
mem. Et mltiplicabo fructuz ligni ꝙ geni-
mina agri:vt nō poꝛtetis vltra obꝓbriū
famis in gētib̄. Et recoꝛdabimini viaꝝ ve
ſtraꝝ peſſimarū ſtudioꝝq̄ nō bonoꝝ:ꝙ di
ſplicebūt vobis iniq̄tatꝛ vr̃e et ſcelera ve-
ſtra. Non ꝓpter vos ego faciaz ait dñs de⁹:
notum ſit vobis. Cōfundemī ꝙ erubeſcitꝛ
ſup vijs vr̃is dom⁹ ísrl̃. Hec dicit dñs deus.
In die q̄ mūdauero vos ex oīb̄ iniq̄tatib̄
vr̃is ꝙ inhabitari fecero vrbes. ꝙ inſtaura-
uero ruinoſa: ꝙ terra deſerta fuerit excul-
ta. q̄ quōdā erat deſolata ī oculis oīs via-
toꝛis:dicēt. Terra illa inculta facta eſt vt
oꝛt⁹ voluptatis: ꝙ ciuitatꝛ deſertꝛ ꝙ deſti-
tutꝛ atqꝫ ſuffoſſe munitꝛ ſedēr̃t. Et ſciēt gē
tes quecūq̄ derelictꝛ fuerīt ī circuitu vr̃o:
qꝛ ego dñs edificaui diſſipata. plantauiq̄
inculta:ego dñs locut⁹ ſum et fecerim. Hec
dicit dñs de⁹. Adhuc ī hoc inueniēt me do
mus ísrl̃:vt faciam eis. Multiplicabo eos
ſicut gregē hoīm vt gregē ſanctū:vt gregē
ihrl̃m in ſolēnitatib̄ eius. Sic erūt ciuita
tes deſertꝛ plene gregib̄ hoīm: ꝙ ſcient q̄a
ego dominus. ¶ Capitulū .XXXVII.

Facta eſt ſup me man⁹ dñi:et edu-
xit me in ſpiritu dñi.et dimiſit me
ī medio campi q̄ erat plen⁹ oſſib̄:
et circūduxit me ꝓ ea in gijrum. Erant au
tem multa valde ſuper faciē campi: ſicca-
qꝫ vehementer. Et dixit ad me. Fili hoīs:
putaſne viuent oſſa iſta:Et dixi. Dñe de⁹
tu noſti. Et dixit ad me. Vaticinare de oſ-
ſibus iſtis. Et dices eis. Oſſa arida:audi-
te verbum domini. Hec dicit domin⁹ deus
oſſibus hijs. Ecce ego intromittaz in vos
ſpūm ꝙ viuetis:ꝙ dabo ſup vos neruos .et
ſuccreſcere faciā ſup vos carnes. ꝙ ſuper-
tendam in vobis cutem:ꝙ dabo vobis ſpi-
ritum ꝙ viuetis.ꝙ ſcietis qꝛ ego dñs. Et ꝓ-
phetaui ſicut p̄cepat mihi. Fact⁹ ē aī ſoni
t⁹ ꝓphetātꝛ me:et ecce ꝛmocio. Et acceſſe-
rūt oſſa ad oſſa:vnū qđqꝫ ad iūcturā ſuaz.
Et vidi:ꝙ ecce ſup ea nerui et carnes aſcē-
derūt.ꝙ extenta eſt in eis cutis deſuper: et

ſpiritū habebāt. Et dixit ad me. Vaticina re ad ſpūm: vaticinare fili homīs: et dices ad ſpiritum. Hec dicit dñs de⁹. A quatuor ventis veni ſpūs: ⁊ inſuffla ſup ītерfectos iſtos. ⁊ ꝝuiuiſcāt. Et ꝓphetaui ſicut p̄cepat mihi. Et ingreſſus ē in ea ſpiritus et vixe-runt: ſteterūtq; ſup pedes ſuos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hoīs: oſſa hec vniuerſa. dom⁹ iſrl̄ ē. Ipi di cūt. aruerūt oſſa nr̄a: ⁊ perijt ſpes nr̄a: et abſciſi ſumus. Propterea vaticinare: ⁊ di ces ad eos. Hec dicit dñs de⁹. Ecce ego ape riā tumulos vr̄os: ⁊ educaz vos de ſepul-cris vr̄is ꝑplus meus: ⁊ inducā vos in ter-rā iſrl̄. Et ſcietis q; ego dñs. cū aperuero ſepulcra vr̄a: et eduxero vos de tumul̄ ve-ſtris ꝑple meus: et dedero ſpūm meū ī vob et vixeritis. Et requieſcē vos faciam ſup hu mū vr̄az: ⁊ ſcietis q; ego dñs locutus ſū et feci: ait dñs deus. Et fact⁹ ē ſermo dñi ad me dicēs. Et tu fili hoīs ſume tibi lignum vnū: ⁊ ſcribe ſup illud. iude et filioꝝ iſrl̄ ſo cijs ei⁹. Et tolle lignū alterꝝ: ⁊ ſcribe ſuper illud. ioſeph lignuz ephraim: ⁊ cunctе do-mus iſrl̄ ſociorūq; ei⁹. Et adiūge illa vnū ad alterū tibi ī lignū vnū: ⁊ erūt ī vnionē ī manu tua. Cū aūt dixerint ad te filij ꝑpli tui loquentes nōne iudicas nob̄ q̄d in hijs tibi velis: loq̄ris ad eos. Hec dicit dñs de⁹. Ecce ego aſſumā lignū ioſeph. q̄d ē ī mānu ephraim et trib̄ iſrl̄ que ſūt ei adiunctе: ⁊ dabo eas pariter cuz ligno iuda et faciam eas in lignū vnū: et erūt vnū ī manu ei⁹. Erūt aī ligna ſup que ſcripſeris in manu tua ī oculis eoꝝ: ⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego aſſumam filios iſrl̄ de medio natōnū ad quas abierūt: ⁊ ꝯgrega-bo eos vndiq; et adducā eos ad humū ſu-am. Et faciam eos ī gētē vnā ī terra ī mō tib̄ iſrl̄: ⁊ rex vn⁹ erit oīb̄ īperās. Et n̄ erūt vlt̄ due gentes: nec diuidēt̄ amplius ī duo regna. Neq; polluent̄ vltra ī ydolis ſuis et abominatōnib̄ ⁊ cūctis iniq̄tatib̄ ſuis: et ſaluos eos faciā de vniuerſis ſedib̄ ſuis ī quib̄ peccauerūt: ⁊ emūdabo eos. Et erūt mihi ꝑplus. et ego ero eis deus: et ſeru⁹ me-us dauid rex ſup eos: et paſtor vnus erit omniū eoꝝ. In iudicijs meis ambulabūt: et mandata mea cuſtodiēt: ⁊ faciēt ea. Et habitabūt ſup terrā quam dedi ſeruo meo iacob ī qua habitaueř pr̄es vr̄i: ⁊ habita-būt ſup eā ipi ⁊ filij eoꝝ et filij filioꝝ eoꝝ uſq; ī ſempiternū: ⁊ dauid ſeruus meus prin-ceps eoꝝ ī perpetuū. Et pcuciā illis fedus pacis: pactū ſempiternuz erit eis. Et fun-dabo eos ⁊ multiplicabo: ⁊ dabo ſanctifi-catōz meā ī medio eoꝝ ī perpetuū. Et erit tabnaculū meū ī eis et ero eis deus: et ipi erūt mihi ꝑplus. Et ſcient gētes q; ego do-min⁹ ſanctificatoꝝ iſrl̄: cū fuerit ſāctifica-tio mea in medio eorum in perpetuuz.

Capitulū .XXXVIII.

Et factus ē ſermo dñi ad me dicēs. Fili hominis pone faciem tuaz ꝯ-tra gog ⁊ terram magog principē capitis moſoch et thubal: ⁊ vaticinare de eo. ⁊ dices ad eum. Hec dicit dñs deus. Ec-ce ego ad te gog principem capitis moſoch et thubal. Et circūagam te et ponam fre-nū ī maxillis tuis: et educaz te ⁊ omēz ex-ercituū tuū equos et eqtes veſtitos lorīcis vniuerſos: multitudinē magnaz haſtaz et clipeū et arripientiū gladium. Per ſe ethi opes et libies cū eis: omnes ſcutati et ga-leati. Gomer et vniuerſa agmina eius: do-mus togorma latera aquilonis et totū ro-bur ei⁹: ꝑplīq; multi tecuz. Prepara et in-ſtrue te et omnem multitudinez tuaz que coaceruata eſt ad te: ⁊ ēſto eis in p̄ceptuz. Poſt dies multos viſitaberis. In nouiſſi-mo annorū venies ad terram q̄ reuerſa eſt a gladio: cōgregata eſt de populis multis: ad montes iſrael qui fuerunt deſerti iugi-ter. Hec de ꝑplīs educta eſt: et habitaueřt ī ea cōfidēter vniuerſi. Aſcendēs aūt quaſi tēpeſtas venies ⁊ quaſi nubes: vt operias terrā. tu ⁊ oīa agmina tua: ⁊ ꝑplī multi te-cū. Hec dicit dñs deus. In die illa aſcendēt ſermones ſuper coꝝ tuū: ⁊ cogitabis cogi-tatōnē peſſimam: ⁊ dices. Aſcendaz ad ter rā abſq; muro. Quienti ad quieſcentes ha bitantesq; ſecure. omēs habitāt ſine muro Hectes ⁊ portē nō ſūt eis. Et diripias ſpo lia ⁊ inuadas predam: vt inferas manum tuaz ſup eos q̄ deſerti fuerant ⁊ poſtea re-ſtituti: ⁊ ſup populū q̄ eſt ꝯgregat⁹ ex gen tib̄ q̄ poſſidere cepit: ⁊ eſſe habitator vm-bilici terre. Saba et dedan et negociato-res tharſis et omnes leones eius dicent ti bi. Nunquid ad ſumenda ſpolia tu venis: Ecce ad diripiendam predam congregaſti multitudinē tuā: vt tollas argētū ⁊ auꝝ:

auferas suppellectilẽ atz subſtãciã ꝙ diripi as manubias infinitas. Propterea vaticinare fili hoīs: ꝙ dices ad gog. Hec dicit dñs deꝰ. Nũqd ñ ī die illo cũ habitauerit ꝑplus meꝰ iſrl̃ ꝓfidẽter ſcies ꝙ venies tu de loco tuo a latꝛibꝫ aq̃lonis tu ꝙ ꝑplī multi tꝛecũ: aſcẽſoꝛes eq̃rũ vniuerſi. cetus magnꝰ et exercitus vehemẽs: Et aſcẽdes ſupꝫ ꝑplm meũ iſrl̃ q̃ſi nubes vt operias tꝛrã. In nouiſſimis diebꝫ eris: ꝙ adducã te ſupꝫ tꝛrazꝫ meã: vt ſciãt gẽtes me cũ ſanctificatus fuꝛo ī te in oc̃lis eoꝝ o gog. Hec dicit dominus deꝰ. Tu ergo ille es de q̃ locutꝰ ſũ ī diebꝫ antiq̃s ī manu ſeruoꝝ meoꝝ ꝓphetarũ iſrl̃: q̃ ꝓphetauerunt ī diebꝫ illoꝝ tẽpoꝝ vt adducerez te ſup eos. Et erit in die illa. in die aduentꝰ gog ſup tꝛrã iſrl̃ ait dñs deꝰ: aſcẽdet indignatõ mea ī furoꝛe meo ꝙ in zelo meo. In igne ire mee locutꝰ ſũ: qꝛ in die illa erit cõmotio magna ſup tꝛrã iſrl̃: et cõmouebunt̃ a facie mea piſces maris et volucres celi ꝙ beſtie agri: ꝙ omne reptile qđ mouetur ſup humũ: cũctiqꝫ hoīes q̃ ſũt ſup faciem tꝛre. Et ſubuertẽt̃ mõtes: ꝙ cadẽt ſepes: ꝙ oīs murus coꝛruet in tꝛrã. Et ꝓuocabo aduerſus eũ ī cũctis mõtibꝫ meis gladiũ: ait dñs deꝰ. Gladius vniuſcuiuſqꝫ ī fr̃eꝛ ſuũ diriget̃. Et tũc iudicabo cũ peſte ꝙ ſanguine ꝙ ỹmbꝛe vehemẽti: ꝙ lapidibus ĩmẽſis. Ignẽ ꝙ ſulphur pluam ſup euz et ſup exercituũ eiꝰ: et ſup ꝑplos multos q̃ ſunt cum eo. Et magnificaboꝛ ꝙ ſãctificaboꝛ: et notus ero ī oc̃lis multaꝝ gentiũ: ꝙ ſcient quia ego ſum dominus.

Capitulus .XXXIX.

Tu aũ fili hoīs vaticinare aduerſũ gog: ꝙ dices. Hec dicit dñs deꝰ. Ecce ego ſup te gog pꝛincipẽ capitis moſoch ꝙ thubal. Et circũagã te ꝙ educaz te. ꝙ aſcẽdẽ te faciã de latꝛibꝫ aq̃lonis: et adducã te ſup mõtes iſrl̃. Et ꝓcuciaz arcũ tuuz ī manu ſiniſtra tua: et ſagittas tuas de manu dextera tua. Deiciaz te ſup montes iſrl̃: cades tu ꝙ oīa agmina tua ꝙ populi tui q̃ ſũt tecũ. Feris. auibꝫ. oñiqꝫ volatili ꝙ beſtijs tꝛre dedi te ad deuorandum. Sup faciẽ agri cades: qꝛ ego locutꝰ ſũ ait dñs deꝰ. Et ĩmittã ignẽ ī magog et ī bijs q̃ habitant ī inſulis ꝓfidẽter: et ſcient qꝛ ego dñs. Et nomẽ ſanctũ meũ notũ faciam in medio ꝑplī mei iſrl̃: ꝙ nõ polluã nomẽ ſanctũ meũ amplius: et ſcient gẽtes qꝛ ego dominꝰ ſanctꝰ iſrl̃. Ecce venit: et factuz ẽ ait dñs deꝰ. Hec eſt dies ꝺ q̃ locutꝰ ſũ. Et egredient̃ habitatoꝛes de ciuitatibꝫ iſrl̃: et ſuccendẽt et cõburent arma clipeuz ꝙ haſtas arcum et ſagittas ꝙ baculos manuũ ꝙ contos: ꝙ ſuccendent ea igni ſeptem annis. Et nõ portabũt ligna de regionibꝫ neqꝫ ſuccidẽt ꝺ ſaltibꝫ. qm̃ arma ſuccẽdẽt igni: ꝙ depꝛdabũt̃ eos q̃bꝫ ꝑde fuerant: ꝙ diripiẽt vaſtatoꝛes ſuos ait dñs deꝰ. Et erit ī die illa dabo gog locũ noīatũ ſepulcrũ ī iſrl̃. vallẽ viatoꝝ ad oꝛientẽ maris: q̃ obſtupeſcẽ faciet ꝑtꝛeũtes. Et ſepeliẽt ibi gog ꝙ omnez mlt̃itudinem eiꝰ: ꝙ vocabit̃ vallis mlt̃itudinis gog: ꝙ ſepeliẽt eos domꝰ iſrl̃ vt mundẽt tꝛrã ſeptez mẽſibꝫ. Sepeliet aũ eũ oīs ꝑplus tꝛre: et erit eis nomĩata dies ī qua glorificatꝰ ſũ ait dñs deus. Et viros iugit̃ ꝓſtituẽt luſtrantes tꝛrã: q̃ ſepeliãt et req̃rãt eos q̃ remanſerat ſup faciem tꝛre: vt emũdent eã. Poſt mẽſes aũ ſeptez querere incipient: ꝙ circuibũt pagrãtes tꝛrã. Quiqꝫ viderint os hoīs ſtatuẽt iuxta illud titulũ donec ſepeliãt illud pollictoꝛes ī valle multitudinis gog. Nomẽ autẽ ciuitatis amona: ꝙ mũdabũt tꝛrã. Tu ergo fili hominis: hec dicit dñs deꝰ. Dic oñi volucri ꝙ vniuerſis auibꝫ cũctiſqꝫ beſtijs agri. Conuenite ꝑꝛatẽ: ꝓcurritẽ vndiqꝫ ad victimã meã quã ego immolo vob̃. victimaz grãdẽ ſup montes iſrl̃: vt comedatis carnes ꝙ bibatis ſanguinez. Carnes foꝛtiũ comeditis et ſanguinẽ pꝛincipum tꝛre bibetis: arietum et agnoꝝ et bircoꝝ thauroꝝqꝫ et altiliũ ꝛ pinguiũ oñiũ ꝙ cõmedetis adipẽ ī ſaturitutẽ: ꝙ bibetis ſanguinẽ in ebꝛietatẽ ꝺ victima quã ego immolabo vob̃: ꝙ ſaturabimini ſup mẽſam meaz de equo ꝙ de equite foꝛti. ꝙ de vniuerſis viris bellatoꝛibꝫ ait dñs deꝰ. Et ponã gloꝛiã meam in gẽtibꝫ: ꝙ videbũt oẽs gẽtes iudiciũ meũ qꝺ fecerim. et manũ meã quã poſuerim ſup eos: et ſcient domꝰ iſrl̃ quia ego dominus deꝰ eoꝛum a die illa ꝙ deinceps. Et ſcient gentes quoniã ī iniq̃tate ſua capta ſit domꝰ iſrl̃: ꝙ qꝺ dereliq̃rĩt me et abſconderim faciẽ meã ab eis: et trabiderī eos ī manꝰ hoſtiũ ꝙ ceciderint ī gladio vniuerſi. Juxta ĩmũdiciã eoꝝ

et scelus feci eis: ⁊ abscondi faciem meam
ab illis. Propterea hec dicit dñs de⁹. Nũc
reducam captiuitatem iacob: ⁊ miserebor
omnis dom⁹ isrl'. Et assumã zelũ p noie san
cto meo: ⁊ portabũt confusionem suaz ⁊ oẽz
puaricatiõem quã puaricati sũt i me cũ ha
bitauerẽt in terra sua confidenter neminẽ for
midãtes: ⁊ reduxero eos de plis. ⁊ congrega
uero de terris inimicox suox. ⁊ sanctifica-
tus fuero in eis in oculis gentiũ plurima
rum. Et scient qz ego dñs de⁹ eox eoq trã
stulerim eos i natiões: et congregauero eos
sup terrã suaz: ⁊ nõ dereliquerim quẽq ex
eis ibi. Et nõ abscondã vltra faciẽ meã ab
eis: eoq effuderim spũm meũ sup omnem
domũ isrl' ait dñs deus.

Capi. .XL.

In vigesimo quinto anno trãsmigã-
tõnis nostre in exordio anni decia
mensis quartodecimo anno postq̃
percussa est ciuitas: in ipa hac die facta ẽ su
per me man⁹ dñi: ⁊ adduxit me illuc in vi-
sionib⁹ dei. Adduxit me in terraz isrl': ⁊ di
misit me super montẽ excelsũ nimis super
quẽ erat quasi edificiũ ciuitatis vergentis
ad austrum: ⁊ introduxit me illuc. Et ecce
vir cuius erat species quasi species eris: ⁊
funiculus lineus i manu ei⁹: ⁊ calam⁹ mẽ-
sure i manu ei⁹. Stabat aũt i porta: ⁊ locu
tus est ad me idem vir. Fili hois: vide ocu
lis tuis ⁊ auribus tuis audi: ⁊ pone cor tuuz
in oia q̃ ego oñdaz tibi qz vt ostendã tibi
adductus es huc. Annũcia oia q̃ tu vides
domui isrl'. Et ecce mur⁹ forinsecus in cir-
cuitu dom⁹ vndiqz: ⁊ in manu viri calam⁹
mensure sex cubitox ⁊ palmo. Et mensus
est latitudinẽ edificij calamo vno: altitu-
dinem q̃z calamo vno. Et venit ad portã q̃
respiciebat viam orientalem: ⁊ ascendit p
grad⁹ ei⁹. Et mensus ẽ limẽ porte calamo
vno latitudinẽ. id ẽ limẽ vnũ calamo vno
in latitudine: ⁊ thalamũ vno calamo i lon
gũ. ⁊ vno calamo in latũ: ⁊ iter thalamos
quinq̃z cubitos: ⁊ limen porte iuxta vesti-
bulũ porte itrinsecus calamo vno. Et mẽ-
sus ẽ vestibulũ porte octo cubitox: et frõ
tẽ ei⁹ duob⁹ cubitis. Vestibulũ autez porte
erat intrinsecus. Porro thalami porte ad
viam orientalẽ tres hinc ⁊ tres inde: men-
sura vna triũ: ⁊ mensura vna frontium ex
vtraq̃z parte. Et mensus ẽ latitudinẽ limi-
nis porte decẽ cubitox: ⁊ lõgitudinẽ porte
tredecim cubitox: ⁊ magnitudinẽ ante tha-
lamos cubiti vni⁹: ⁊ cubit⁹ un⁹ finis vtrim
q̃z. Thalami aũt sex cubitox erãt hinc ⁊ in-
de. Et mensus ẽ porta a tecto thalami vsq̃z
ad tectũ ei⁹ latitudinẽ vigintiquinq̃z cubi
tox: ostiũ contra ostiũ. Et fecit frontes per
sexaginta cubitos: ⁊ ad frontẽ atriũ porte
vndiqz p circuitũ: ⁊ ante faciẽ porte q̃ ptin
gebat vsq̃z ad faciem vestibuli porte interi
oris quinq̃ginta cubitos: ⁊ fenestras obli-
quas i thalamis et frontib⁹ eox: q̃ erãt in-
tra portaz vndiqz p circuitũ. Similiter aũt
erãt ⁊ i vestibulis fenestre p gỹrum intrin
secus: ⁊ ante frontes pictura palmarũ ce-
lata. Et eduxit me ad atriũ exterius: ⁊ ec-
ce gazophilatia et pauimẽtũ stratũ lapidẽ
i atrio p circuitũ. Triginta gazophilatia
in circuitu pauimẽti: ⁊ pauimẽtũ i fronte
portarũ fm longitudinẽ portarũ erat in-
ferius. Et mensus ẽ latitudinẽ a facie por
te inferioris vsq̃z ad frontẽ atrij interioris
extrinsecus: centũ cubitos ad orientẽ ⁊ aq̃
lonẽ. Portã vero q̃ respiciebat viaz aq̃lo-
nis atrij exterioris mensus est tam in lon
gitudine q̃z i latitudĩe ⁊ thalamos ei⁹ tres
hĩc ⁊ tres inde. ⁊ frõtẽ ei⁹ ⁊ vestibulũ eius
fm mẽsurã porte prioris: quinq̃ginta cubi
tox lõgitudinẽ ei⁹: ⁊ latitudinẽ vigitiquĩ-
q̃z cubitox. Fenestre aũt ei⁹ ⁊ vestibuluz ⁊
sculpture fm mensurã porte q̃ respiciebat
ad orientẽ: et septem graduum erat ascen-
sus eius. Et vestibulum ante eam: ⁊ porta
atrij interioria cõtra portaz aq̃lonis ⁊ ori
entalem. Et mensus ẽ a porta vsq̃z ad por-
tã. centũ cubitos. Et eduxit me ad viã au
stralẽ: ⁊ ecce porta q̃ respiciebat ad austq̃.
Et mẽsus ẽ frontẽ ei⁹ ⁊ vestibulũ ei⁹ iuxta
mensuras supiores: ⁊ fenestras eis ⁊ vesti-
bula icircuitu sicut fenestras ceteras: q̃n-
quaginta cubitox longitudine ⁊ latitudĩe
vigintiquiq̃z cubitox: ⁊ i gdib⁹ septez asce
debaũ ad eã. Et vestibulũ ante fores ei⁹: et
celate palme erãt vna hinc et altera inde i
fronte eius: et porta atrij interioris in via
australi. Et mensus est a porta vsq̃z ad por
tam in via australi. centum cubitos. Et in-
troduxit me in atrium interius ad portaz
australem: ⁊ mensus est portam iuxta mẽ-
suras supiores. thalamuz eius: et frontem
ei⁹ et vestibulum eius hijsdem mensuris: et

Erat autẽ daniel conuiua regis: ꝛ honoratus super omnes amicos eius. Erat q̃z ydolum apud babilonios nomineb el: et impendebãtur in eo ꝑ dies singulos simile artabe duodecim: et oues q̃draginta: viniq̃z amphoꝛe sex. Rex q̃z colebat eũ: ꝛ ibat per singulos dies adorare eum poꝛro daniel adorabat deum suũ Dixitq̃z ei rex. Quare nõ adoras bel? Qui rñdens ait ei. Quia nõ colo ydola manufacta sed viuentẽ deũ: qui creauit celum ꝛ terrã ꝛ habet potestatez omnis carnis. Et dixit rex ad eũ. Nõ videtur tibi esse viuẽs deus? An non vides q̃nta comedat ꝛ bibat quottidie? Et ait daniel arridẽs. Ne erres rex. Iste est em̃ intrinsecus luteus. forinsecus ere⁹: neq̃z comedit aliq̃n. Et irat⁹ rex vocauit sacerdotes ei⁹: ꝛ ait eis. Nisi dixeritis mihi q̃s est q̃ comedat impensas has moriemini. Si autẽ ostenderitis q̃ bel comedat hec morietur daniel: quia blasphemauit in bel. Et dixit daniel regi. Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem sacerdotes bel septuaginta: exceptis vxoribus et paruulis et filijs. Et venit rex cum daniele in templum belis. Et dixerunt sacerdotes belis. Ecce nos egzedimur foras: ꝛ tu rex pone escas ꝛ vinũ misce: ꝛ claude ostiũ ꝛ signa anulo tuo. Et cuz ingzessus fueris mane nisi inueneris omnia comesta a bel morte moriemur: vel daniel qui mentitus est aduersum nos. Confidebant autem qz fecerant sub mensa absconditũ introitũ: ꝛ per illum ingzediebantur semper ꝛ deuorabant ea. Factum est igitur postq̃ egzessi sunt illi et rex posuit cibos ante bel: precepit daniel pueris suis et attulerũt cinerẽ: et cribrauit per totum templum coram rege: et egzessi clauserunt hostium: et signãtes anulo regis abierũt. Sacerdotes autẽ ingzessi sunt nocte iuxta consuetudinem suam et vxores et filij eoꝝ: et comederunt omnia et biberũt. Surrexit aũt rex ꝑmo diluculo: et daniel cũ eo. Et ait rex. Salua ne sũt sigͨcula daniel? Qui rñdit. Salua rex. Statiq̃z cũ apperuisꝫ ostiũ: ituit⁹ rex mẽsã exclamauit voce magͨ. Magn⁹ es bel: et nõ ẽ apud te dol⁹ q̃sq̃. Et risit daniel: et tenuit regẽ ne ingzederet̃ ĩtro ꝛ dixit Ecce pauimẽtũ: aĩaduerte cui⁹ vestigia sũt hec. Et dixit rex. Video vestigia virozuz et mulierꝝ et ĩfantiũ. Et irat⁹ ẽ rex. Tũc appẽhẽdit rex sacerdotes et vxoꝛes et filios eorũ: et oñder̃t ei abscõdita ostiola ꝑ q̃ ingzediebãtur et cõsumebãt q̃ erãt sup mẽsam. Occidit g̃ illos rex: et bel tradidit in potestatẽ danielis: q̃ subuertit eũ et templum eius. Et erat draco in loco illo: et colebãt eum babilonij. Et dixit rex danieli. Ecce nũc non ꝑ dicere qz iste nõ sit dẽ⁹ viuens

Adora g̃ eũ. Dixitq; daniel regi. Dñm de-
um meũ adoro: qr ipe ẽ deus viuens. Iste
aũt nõ est deus viuẽs. Tu aũt rex da mi-
hi potestatẽ: 7 interficiã draconem absq;
gladio 7 fuste. Et ait rex. Do tibi. Tulit
g̃ daniel picem 7 adipẽ 7 pilos 7 coxit pa
ritẽr: fecitq; massas 7 dedit ĩ os draconis
7 diruptus ẽ draco. Et dixit daniel. Ecce
quẽ colebatis. Qd cũ audissẽt babilonij ĩ-
dignati sũt vehemẽter: 7 cõgregati aduer
sum regez dixerũt. Judeus factus est rex.
Bel destruxit: draconẽ interfecit: 7 sacer-
dotes occidit. Et dixerũt cũ venissent ad
regẽ. Trade nobis danielem: alioq̃n inter
ficiem⁹ te 7 domũ tuã. Videt g̃ rex qd ir-
ruerẽt in eũ vehemẽter: 7 necessitate con-
pulsus tradidit eis danielem. Qui miserũt
eũ in lacũ leonũ: 7 erat ibi diebꝫ sex. Por-
ro in lacu erãt leones septẽ: 7 dabãtur eis
duo corpa q̃tidie 7 due oues: 7 tũc ñ da-
ta sunt eis vt devorarẽt danielẽ. Erat aũt
abacuc ꝓpheta in iudea: 7 ipe coxerat pul-
mẽtũ 7 intriuerat panes ĩ alueolo: 7 ibat
in cãpũ vt ferret messoribꝫ. Dixitq; ãgel⁹
dñi ad abacuc. Fer prãdiũ qd̃ habes ĩ ba
bilonẽ danieli: q̃ est ĩ lacu leonũ. Et dixit
ad abacuc. Dñe babilõez ñ vidi 7 lacũ ne-
scio. Et apprehẽdit eũ ãgelus dñi in verti-
ce ei⁹: 7 portauit eum capillo capitis sui:
posuitq; eũ in babilonẽ sup lacũ in impe-
tu spũs sui. Et clamauit abacuc dicens.
Daniel serue dei: tolle prandium q̃ misit
tibi deus. Et ait daniel. Recordat⁹ es mei
deus: 7 non dereliquisti diligentes te. Sur
gensq; daniel comedit. Porro angelus do
mini restituit abacuc confestim in loco
suo. Venit ergo rex die septimo vt luge-
ret danielem: 7 venit ad lacum 7 introspe
xit: 7 ecce daniel sedens in medio leonuz.
Et exclamauit voce mag̃ rex dicens. Ma-
gnus es dñe de⁹ daniel. Et extraxit eum.
Porro illos q̃ perditõnis causa fuerãt in-
tromisit ĩ lacũ 7 devorati sũt in momento
coram eo.

¶ Explicit daniel ꝓpheta. Incipit prolo-
gus in librum duodecim prophetarum.

Non idẽ ordo est duodecim ꝓphetaꝝ
apud hebreos q̃ 7 apud nos. Etñ
secundum id quod ibi legitur: hic
q̃z dispositi sunt. Ozee commaticus est 7
q̃si p̃ sentẽcias loq̃ns. Joel planus in p̃n
cipijs in fine obscurior: 7 vsq; ad malachi
am hñt singuli ꝓphetaꝝ suas: quẽ esdrã
scribam legisq; doctorez hebrei autumãt.
Et quia longũ est nunc de omnibus dice-
re. hoc tantum vos o paula 7 eustochium
ammonitas scire volo vnum librum esse
duodecim prophetaꝝ: et ozee sỹnchronon
ỹsaie: malachiã vero aggei 7 zacharie fu-
isse temporibꝫ. In quibꝫ autez tempus nõ
prefertur in titulo: sub illis eos regibus
prophetasse sub quibꝫ 7 hij qui ãte eos ha
bent titulos prophetauerunt.

¶ Explicit plogus. Incipit ozee ꝓpheta.

Verbum domini qd̃ factuz
est ad ozee filium beeri in
diebus ozie ioathã achaz
ezechie regum iuda: et in
diebꝫ iheroboaz filij ioas
regis israhel. Principium
loquendi domino in ozee. Et dixit domi⁹
ad ozee. Vade sũme tibi vxorez fornicari-
am: et fac tibi filios fornicacõnum: quia
fornicans fornicabitur terra a domio. Et
abijt et accepit gomer filiam debelaim: 7
concepit et peperit ei filium. Et dixit dñs
ad eũ. Voca nomen eius ihezrahel. Quo-
niã adhuc modicuz. et visitabo sanguinẽ
ihezrahel super domũ iheu et q̃escere fa-
ciam regnuz domus israhel. Et in illa die
contrã arcum israhel: in valle ihezrahel.
Et concepit adhuc: et peperit filiam. Et
dixit ei. Voca nomẽ ei absq; misericordia
Quia non addam vltra misereri domui
israhel: sed obliuione obliuiscor eorum. Et
domui iuda miserebor: et sanabo eos ĩ do
mino deo suo: et non sanabo eos in arcu
et gladio et bello et in equis et in equiti-
bus. Et ablactauit eam que erat absq; mi
sericordia. Et concepit et peperit ei filiũ.
Et dixit ei. Voca nomen ei non popu-
lus meus. Quia vos non populus meus:
et ego non ero vester deus. Et erit nume
rus filiorum israhel: quasi arena maris q̃
sine mensura est: et non numerabitur. Et
erit ĩ loco vbi dicet eis nõ ꝓpl's me⁹ vos:
dicet eis filij dei viuentis. Et cõgregabũt
filij iuda et filij isrl'pter. et ponẽt sibimz

caput vnũ:ꝙ ascẽdet de terra:quia magn⁹ dies ihezrahel. ¶ Capitulum. .II.

DIcite fratribꝫ vr̃is populus me⁹: ꝙ sozozi vestre misericordiã consecuta. Judicate matrem vr̃am iudicate:qm̃ ipa non ẽ vxoz mea:ꝙ ego non vir eius. Auferat fornicacões suas a facie sua :ꝙ adulteria sua de medio vberum suoꝝ:ne forte expoliem eã nudaz ꝙ statuã eam secundum diem natiuitatis sue:ꝙ ponam eam quasi solitudinem.ꝙ statuam eã velut terram inuiam ꝙ interficiaz eã siti: ꝙ filioꝝ illius nõ miserebor.qm̃ filij fornicacõnuz sunt:qz fornicata est mater eoꝝ. Confusa est q̃ concepit eos:quia dixit. Eladam post amatores meos qui dant panes mihi:ꝙ aquas meas lanam meam ꝙ linum meum oleum meum ꝙ potum meum. Propter hoc ecce ego sepiaz viã tuam spinis: ꝙ sepiam eaz maceria. Ẽt semitas suas nõ inueniet:ꝙ seq̃tur amatores suos ꝙ nõ apprehẽdet eos:ꝙ q̃ret eos ꝙ nõ inueniet. Et dicet. Eladam ꝙ reuertar ad virum meum priorez :quia bene mihi erat tunc magis q̃ nũc. Ẽt hec nesciuit :quia ego dedi ei frumentum ꝙ vinum ꝙ oleum ꝙ argentũ multiplicaui ei ꝙ aurum:q̃ fecerunt baal. Idcirco conuertar ꝙ sumam frumentũ meũ in tẽpore suo ꝙ vinũ meum in tẽpore suo: ꝙ liberabo lanam meam ꝙ linũ meum que operiebãt ignominiam eius .Et nũc reuelabo stulticiã eius in oculis amatoꝝ eius. ꝙ vir non eruet eam de manu mea. Et cessare faciam oñe gaudiũ eius:solennitatẽ eius neomeniam eius sabbatũ eius ꝙ omnia festa ꝙ tempora eius. Et corrũpam vineam eius ꝙ ficũ eius:de quibꝫ dixit. Mercedes hee mee sũt:quas dederũt mihi amatores mei .Et ponam eam in saltum:ꝙ comedet eã bestia agri. Et visitabo super eaz dies baalim quibꝫ accendebat incensum ꝙ ornabatur inaure sua ꝙ monili suo:ꝙ ibat post amatores suos:ꝙ mei obliuiscebaꝫ dicit dominus. Propter hoc ecce ego lactabo eam:ꝙ ducam eam in solitudinem. Et loquar ad coz eius:ꝙ dabo ei vinitores ei⁹ ex eodem loco:ꝙ vallem achoz ad aperiendam spem. Et canet ibi iuxta dies iuuẽtutis sue:ꝙ iuxta dies ascensionis sue de terra egipti. Et erit in die illo ait dñs vocabit me vir meus :ꝙ non vocabit me vltra baalim .Et auferaz nomina baalim de oze eius:ꝙ nõ recordabiť vltra nominis eoꝝ. Et percuciã cũ eis fedus in die illa:cũ bestia agri ꝙ cum volucre celi ꝙ cũ reptili terre. Et arcum ꝙ gladium ꝙ bellum conterã de terra:ꝙ dormire eos faciã fiducialiter. Et sponsabo te mihi in sempiternũ:ꝙ spõsabo te mihi in iustitia ꝙ iudicõ ꝙ in misericordia ꝙ miseratõnibꝫ. Et sponsabo te mihi in fide:ꝙ scies quia ego dñs. Et erit:in die illa exaudiã dicit dominus. Exaudiaz celos ꝙ illi exaudient terram:ꝙ terra exaudiet triticum ꝙ vinum ꝙ oleum:ꝙ hec exaudient ihezrahel. Et seminabo eam mihi in terraz:ꝙ miserebor eius que fuit absq̃ misericordia. Et dicam non populo meo populus meus es tu :ꝙ ipse dicet deus meus es tu.

¶ Capitulum.III.

ET dixit dominꝰ ad me. Adhuc vade:ꝙ dilige mulierẽ dilectam amico ꝙ adulteram sicut diligit dominus filios israhel :ꝙ ipsi respectãt ad deos alienos ꝙ diligunt vinacia vuaꝝ .Et fodi eam mihi quindecim argẽteis ꝙ chozo ordei ꝙ dimidio chozo ordei :ꝙ dixi ad eam. Dies multos expectabis me. Non fornicaberis ꝙ non eris viro:sed ꝙ ego expectabo te. Quia dies multos sedebunt filij israhel. sine rege ꝙ sine principe ꝙ sine sacrificio et sine altari:ꝙ sine ephot ꝙ sine theraphim. Et post hec reuertẽtur filij israhel :ꝙ querent dominum deum suum ꝙ dauid regez suum:ꝙ pauebũt ad dominum ꝙ ad bonuz eius in nouissimo diez. ¶ Ca. .IIII.

AUdite verbuz domini filij israhel: quia iudicium domino cum habitatoribꝫ terre. Non est enim veritas:et non est misericordia:et non est scientia dei in terra. Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundauerunt:et sanguis sanguinẽ tetigit. Propter hoc lugebat terra:et ifirmabitur omnis qui habitat in ea. In bestia agri et in volucre celi:sed ꝙ pisces maris congregabuntur .Ueruntamen vnusquisq̃ non iudicet: et non arguatur vir. Populus enim tuus sicut hij:qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie:et corruet etiam ꝓpheta tecuz. Nocte tacere feci matrẽ tuã. Cõticuit ꝓp̃lus meus:eoq̃ non habuerit sciaz .Quia tu sciẽtiã repulisti:

repellam te ⁊ ego ne sacerdotiō fūgaris mi
bi. Et oblita es legis dei tui: obliuiscar fi
liox tuox ⁊ ego. Secūdum multitudinem
eox sic peccauerūt mihi :gloriā eox in ig
miniā cōmutabo. Peccata ꝑpli comedent.
⁊ ad iniquitatem eox sublevabūt animas
eorum. Et erit: sicut ꝑplus sic sacerdos. Et
visitabo super eum vias eius: ⁊ cogitatō
nes eius reddam ei. Et comedent ⁊ non sa
turabuntur. Fornicati sunt ⁊ non cessa
verunt :quoniam dominū reliquerunt in
non custodiendo. Fornicacō ⁊ vinū ⁊ ebri
etas auferūt cor. Populus meus in ligno
suo interrogauit: ⁊ baculus eius annunci
auit ei. Spūs eniz fornicacionum decepit
eos: ⁊ fornicati sunt a deo suo. Super ca
pita montiū sacrificabant : ⁊ super colles
accendebant thimiama subtus quercum ⁊
populū ⁊ therebintū: quia bona erat vm
bra eius . Ideo fornicabuntur filie vestre:
⁊ spōse vestre adultere erunt . Non visita
bo super filias vestras cum fuerint forni
cate ⁊ super sponsas vestras cum adultera
verint: quoniam ipi cum meretricib ve
sabantur: ⁊ cum effeminatis sacrificabāt.
Et populus nō intelligens vapulabit. Si
fornicaris tu israhel: non delinquas saltez
iuda. Et nolite igredi i galgala: ⁊ ne asce
deritis i bethauen: neq iuraveritis viuit
dominus. Quoniam sicut vacca lasciuiēs
declinauit israhel . Nunc pascet eos domi
nus: quasi agnū in latitudine . Particeps
ydolorum effraim: dimitte eum . Separa
tum est conuiuium eorū: fornicacione for
nicati sunt: dilexerunt afferre ignominiā
protectores eius. Ligauit eum spūs in alis
suis: ⁊ ꝓfūdent a sacrificijs suis. Ca. V.

Audite hoc sacerdotes ⁊ attendite
dom⁹ israhel: ⁊ dom⁹ regis auscul
tate: quia vobiscum iudicium est.
Quoniam laqueus facti estis speculacio
ni: ⁊ sicut rethe expansum subter thabor:
⁊ victimas declinastis i profundū . Et ego
erudito omnium eox. Ego scio ephraim:
⁊ israhel non est absconditus a me . Quia
nunc fornicatus est ephraim: cōtaminat⁹
est isrl'. Nō dabūt cogitacōnes suas vt cō
uertātur ad deū suū: q spūs fornicacōnū
in medio eox: ⁊ dñm non cognouerūt. Et
respondebit arrogancia isrl' in facie eius.
⁊ isrl' ⁊ ephraiz ruent i iniqtate sua. Ruet
etiā iuda cum eis. In gregibo suis ⁊ in ar
mētis suis vadēt ad querendū dñm: ⁊ nō
inuenient. Ablatus est ab eis. In dño pre
varicati sūt: quia filios alienos genuerūt.
Nunc devorabit eos mensis cuz partibus
suis. Clangite bucina in gabaa: tuba in ra
ma. Ululate in bethauen: post tergū tuum
beniamin. Ephraim in desolacōe erit. In
die correptōnis in tribubo israhel ostendi
fidē. Facti sūt ꝓncipes iuda q assumētes
terminum: super eos effundā quasi aquaz
iram meam. Calumniam paciēs est ephraī
fractus iudicio: quoniam cepit abire post
sordes. Et ego quasi tinea ephraim ⁊ qua
si putredo domui iuda . Et vidit ephraim
languorem suum : ⁊ iudas vinculum suū.
Et abijt ephraim ad assur: ⁊ misit ad regē
ultorez. Et ipe nō poterit sanare vos: nec
soluere poterit a vobis vinculū. Quoniaz
ego quasi leena ephraim: ⁊ quasi catulus
leonis domui iuda. Ecce ego capiam ⁊ va
dam: tollam ⁊ non est qui eruat . Vadens
reuertar ad locū meum: donec deficiatis.
⁊ queratis faciem meaz. Ca . VI.

In tribulacōne sua mane ꝓsurgēt
ad me. Venite ⁊ reuertamur ad do
minū: qz ipse cepit ⁊ sanabit nos:
percuciet ⁊ curabit nos. Viuificauit nos
post duos dies: i die tercia suscitabit nos:
⁊ viuemus i cōspectu eius: sciemus seque
murqz: vt cognoscamus dñm. Quasi dilu
culum ꝑparatus est egressus eius: ⁊ veniet
quasi ymber nobis tēporaneus ⁊ serotin⁹
terre. Quid faciā tibi ephraim: qd faciam
tibi iuda: Misericordia vra q̄si nubes ma
tutina: ⁊ quasi ros mane ptrāsiēs . Propt
hoc dolaui in ꝓphetis: ⁊ occidi eos in ver
bis oris mei: ⁊ iudicia tua quasi lux egre
dientur. Quia misericordiam volui ⁊ non
sacrificium: ⁊ scientiā dei plusq̄ olocaustū
Ipsi autem sicut adam transgressi sunt pa
ctum : ibi prevaricati sunt in me . Galaad
ciuitas operantium ydolum supplantata
sanguine: ⁊ quasi fauces virorum latronū
Particeps sacerdotum in via interficien
tiū : pgētes de sichem quia scel⁹ opati sūt.
In domo israhel vidi horrendū. Ibi forni
cacōnes ephraim: contaminatus ē israhel
Sed ⁊ iuda pone messem tibi : cum ꝓuer
tero captiuitatem populi mei.

Capitulum. .VII.

Olim sanare vellem israhel reuelata ē iniquitas ephraim ⁊ malicia samarie: quia operati sūt mendaciū. Et fur ingressus est spolians: latrunculus foris. Et ne forte dicāt in cordibus suis: omnem maliciā eor̄ me recordatum. Nūc circūdederūt eos adinuētiones sue: corā facie mea factæ sūt. In malicia sua letificauerūt regē: ⁊ in mēdacijs suis p̄ncipes. Omnes adulterātes: q̄si clibanus succēsus a coq̄nte. Quieuit paululū ciuitas a commixtiōne fermēti: donec fermētaret̄ totus. Dies regis nr̄i: ceperūt principes furere a vino. Extēdit manū suā cū illusoribus: q̄ applicuerūt q̄si clibanū cor̄ suū cū insidiaretur eis. Tota nocte dormiuit coq̄ns eos mane ipe succensus quasi ignis flamme. Omnes calefacti sūt q̄si clibanus. ⁊ deuorauerūt iudices suos. Omnes reges eor̄ ceciderūt nō est q̄ clamet in eis ad me. Ephraim in populis ipe cōmiscebatur. Ephraim factus ē subcinericius panis: q̄ nō reuersa⁊. Comederunt alieni robur ei⁹: ⁊ ipe nescivit. Sed ⁊ cani effusi sunt in eo: ⁊ ipe ignorauit. Et humiliabit̄ superbia israhel in facie eius. Nec reuersi sūt ad dñm deū suū: ⁊ ñ q̄sierūt eū in omnibus hijs. Et factus est ephraim q̄si colūba seducta: non hns cor. Egiptū inuocabāt: ad assirios abierunt. Et cū profecti fuerint expandam sup eos rethe meū: ⁊ q̄si volucrē celi detrahā eos. Cedam eos secundū auditōnē cetus eor̄. Ve eis: quoniā recesserūt a me. Vastabūt quia preuaricati sunt in me. Ego redemi eos: ⁊ ipsi locuti sunt contra me mēdacia Et non clamauerunt ad me in corde suo: sed vlulabant in cubilibus suis. Super triticum ⁊ vinum ruminabant: ⁊ recesserūt a me. Et ego erudiui eos: ⁊ cōfortaui brachia eorū: ⁊ in me cogitauerunt maliciā. Reuersi sūt vt essent absq; iugo: facti sūt quasi arcus dolosus. Cadent i gladio principes eorum: a furore lingue sue. Ista subsannatio eorum in terra egipti.

Capitulum. VIII.

In gutture tuo sit tuba quasi aq̄la super domum domini: pro eo q̄ transgressi sunt fedus meum. ⁊ legē meā p̄uaricati sunt. Me inuocabunt de⁹ meus: cognouim⁹ te israhel. Projecit israhel bonum: inimicus persequetur eum. Ipsi regnauerunt ⁊ non ex me: principes extiterunt ⁊ non cognoui. Aur̄ suū ⁊ argētū suū fecerūt sibi ydola: vt interirēt. Projectus est vitulus tuus samaria. Iratus est furor meus in eis. Vsqueq̄ non poterunt emūdari? Quia ex israhel ⁊ ipe est. Artifex fecit illum: ⁊ non est deus. Quoniam in aranearum telis erit vitulus samarie: quia ventum seminabunt: ⁊ turbinem metent. Culmus stans. non est in eo germen: non faciet farinam. Quod ⁊si fecerit: alieni comedent eam. Deuoratus est israhel. Nunc factus est in nationib⁹ quasi vas immundum: quia ipi ascenderunt ad assur. Onager solitari⁹ sibi ephraim. Munera dederūt amatoribus suis: sed ⁊ cū mercede conduxerunt nationes. Nunc congregabo eos: ⁊ quiescent paulisper ab onere regis ⁊ p̄ncipū. Quia mltiplicauit ephraim altaria ad peccandū: facte sunt ei are in delictum. Scribam eis multiplices leges meas: que velut aliene cōputate sūt. Hostias offerent: immolabūt carnes ⁊ comedēt: ⁊ dñs ñ suscipiet eas. Nūc recordabit̄ iniq̄tatis eor̄: ⁊ visitabit pcā eor̄. Ipi in egiptū puertēt̄. Et oblit⁹ ē israhel factoris sui: ⁊ edificauit delubra: ⁊ iudas multiplicauit vrbes munitas. Et mittā ignez in ciuitates eius: ⁊ deuorabit edes illius.

Capitulum. IX.

Noli letari israhel: noli exultare sicut pli. q̄ fornicat⁹es a deo tuo. Dilexist mercedē sup omnes areas tritici. Area ⁊ torcular nō pascet eos. ⁊ vinū mēcietur eis. Non habitabūt in terra domini. Reuersus est ephraim in egiptū: ⁊ in assirijs pollutum comedit. Non libabunt domino vinum: ⁊ non placebunt ei. Sacrificia eorum quasi panis lugentiū. Omnes q̄ comedūt eū cōtaminabūt̄: q̄ panis eor̄ aīe ipsor̄: nō intrabit i domū dñi. Quid facietis in die solenni: i die festiuitatis domini? Ecce em̄ profecti sunt a vastitate. Egiptus congregabit eos: memphis sepeliet eos. Desiderabile argētū eor̄ ortica hereditabit: lappa i tabnacul̄ eor̄. Venerūt dies visitacōis: venerūt dies retribucōis. Scitote israēl stultū p̄phetā: insanū virū spūalē. Propt̄ mltitudinē iniq̄tatis tue. ⁊ mltitudo amēcie tue. Speculator ephraī cum deo meo: p̄pheta laqus ruine factus

est sup omnes vias eius. Insania in domo dei eius. Profūde peccauerūt: sicut i diebꝫ gabaa. Recordabit iniqtatis eoꝝ: & visitabit peccata eoꝝ. Quasi vuaꝫ in deserto inueni israꝫ. qsi pma poma ficulnee: i cacumine eiꝰ vidi pres eoꝝ. Ipi aūt intrauerunt ad beelphegor: & abalienati sūt in cōfusionez & facti sūt abominabiles sicut ea q̄ dilexerūt. Ephraim qsi auis auolauit. Gla eorū a partu: & ab vtero & a cōceptu. Quod si enutrierīt filios suos absq; liberis eos faciā in homīb. Sed & ve eis: cum recessero ab eis. Ephraim vt vidit: tyrus erat fundata i pulcritudie. Et ephraim educet ad interfectōem filios suos. Da eis domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis: & vbera arētia. Omnes nequicie eoꝝ in galgal: qr ibi exosus habui eos. Propter maliciā adiuēcionū eoꝝ: de domo mea eiciā eos. Nō addā vt diligā eos. Omnes pncipes eoꝝ recedētes. Percussus ē ephraim radix eoꝝ exiccata ē. Fructū neq̄ faciēt Qđ si genuerint: interficiā amantissima uteri eoꝝ. Abiciet eos dns deꝰ meꝰ qr nō audierūt eū: & erunt vagi in nacionibus.

Capitulum. .X.

Uitis frōdosa israel: fructꝰ adequtꝰ ē ei scōm multitudinē fructus sui multiplicauit altaria: iuxta vbertatē terre sue exuberauit simulacris. Diuisū ē cor eoꝝ: nūc interibit. Ipe cōfrīget simulacꝛ eoꝝ. depopulabit aras eoꝝ. Quia nūc dicēt: nō ē rex nobis. Nō em timemꝰ deū. Et rex quid faciet nobis? Loqmī verba visionis iutil': & ferietis fedus. & germinabit q̄si amaritudo iudiciū super sulcos agri. Vaccas bethauen coluerūt hītatores samarie. quia luxit super eū populꝰ eius & editui eius super eū exultauerunt in gloria eius. quia migrauit ab eo. Siquidem & ipse ni assur delatus est munꝰ regi vltori. Confusio ephraim capiet: & confundetur israhel in voluntate sua. Transire fecit samaria regem suum: quasi spumam sup faciem aque. Et disperdentur excelsa ydoli peccatum israhel. Lappa & tribulus ascendet super aras eorum. Et dicent montibꝫ operite nos: & collibꝫ cadite super nos. Ex diebꝫ gabaa peccauit israꝫ. Ibi stetērūt. Nō comprehendet eos in gabaa: prelиuz super filijs iniquitatis. Iuxta desiderium meum corripiam eos. Congregabūtur super eos populi: cum corripientur pter duas iniquitates suas. Ephraim vitula docta diligere triturā: & ego transiui super pulcritudinem colli eius. Ascendam sup ephraim. Arabit iudas: cōfringet sibi sulcos iacob. Seminate vobis in iusticia: & metite in ore misericordie: inuocate vobis nouale. Tempus autem requirendi dominum: cuz venerit qui docebit vos iusticiā. Arastis impietatem: iniquitatem messuistis: comedistis frugem mendacij. Quia confisus es in vijs tuis: & in mltitudine fortiū tuoꝝ. Consurget tumultus in populo tuo & omnes municiones tue vastabuntur sicut vastatus est samaria. a domo eius qui iudicauit bala: in die prelij matre super filios allisa. Sic fecit vob bethel: a facie malicie nequiciarum vestrarum.

Capitulum. .XI

Sicut mane transit. pertransit rex israhel: qr puer israhel & dilexi eū: & ex egipto vocaui filium meum. Vocauerunt eos: sic abierunt a facie eoꝝ. Baalim immolabant: & simulacris sacrificabāt. Et ego q̄si nutritus ephraim. Portabam eos in brachijs meis: & nescierunt q̄ curarem eos. Infunniculis adaz trahaz eos: in vinculis caritatis. Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinaui ad eum vt escaretur. Non reuertetur in terram egipti: & assur ipse rex eius quoniam noluerunt conuerti. Cepit gladius in ciuitatibꝫ eius: & consumet electos eius: & comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditum meum. Jugum autez imponetur eis simul: quod non auferetur. Quomodo dabo te ephraim p̄tegaz te israꝫ? Quomō dabo te? Sicut adama: ponā te vt seboim. Conuersuz est in me cor meū piter: pturbata ē penitudo mea. Nō faciā furorē ire mee Nō puertar vt disperdaz ephraim: qm̄ ego deus & non homo. In medio tui sanctꝰ: & nō ingrediar ciuitatem. Post dnm ambulabunt. Quasi leo rugiet: qr ipse rugiet & formidabūt filij maris. Et auolabūt q̄si auis ex egipto: et q̄si colūba de tra assirioꝝ. & collocabo eos i domibꝫ suis dicit dns. Circūdedit me ephraim i negociacione: & i dolo domꝰ israꝫ. Judas aūt testis descēdit cū deo: & cū sanctis

fidelibus.

¶ Capitulum .XII.

Ephraim pascit ventum: et sequit estum. Tota die mendaciuz ⁊ vastitatem multiplicat. Et fedus cũ assiriis iniit: et oleum in egiptum ferebat. Judicium ergo domini cum iuda: ⁊ visitatio super iacob. Juxta vias eius et iuxta adinuentões eius reddet ei. In vtero supplantauit fratrem suum: et in fortitudine sua directus est cum angelo. Et inualuit ad angelum: et confortatus est. Fleuit: et rogauit eum. In bethel inuenit eum: ⁊ ibi locutus est nobiscum. Et dñs deus exercituum: dñs. memoriale eius. Et tu ad dñm deum tuum ꝓuertĕris. Misericordiã ⁊ iudicium custodi: et spera in deo tuo semp. Chanaan. in manu eiꝰ statera dolosa: calumniã dilexit. Et dixit ephraim. Verumtamen diues effectus sum: inueni ydolum mihi. Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem quam peccaui. Et ego dominus deus tuus ex tra egipti. Adhuc sedere te faciaz in tabernaculis: sicut in diebꝰ festiuitatis. Et locutus sum sup prophetas: et ego visionẽ multiplicaui: et in manu ꝓphetaꝝ assimulatus sum. Si in galaad ydolum: ergo frustra errant in galgal bobus immolantes. Nam et altaria eoruz quasi acerui super sulcos agri. Fugit iacob in regionez syrie: et seruiuit israhel in uxore: ⁊ in uxore seruuit. In prophetа aũ eduxit dñs israhel de egipto: et in prophetа seruatus est. Ad iracundiaz me prouocauit ephraim in amaritudinibus suis: et sanguis eius super eum veniet: et obprobrium eius restituet ei dominus suus.

¶ Capitulum .XIII.

Loquente ephraim horror inuasit israhel: et deliquit in baal et mortuus est. Et nũc addiderũt ad peccandum: fecerũtq; sibi ꝓflatile de argento suo q̃si similitudinez ydoloꝝ. Factura artificum totũ est. Dijs ipi dicunt. Immolate boues: vitulos adorantes. Idcirco erũt q̃si nubes matutina: ⁊ sicut ros matutin⁹ ptериens. Sicut puluis turbine raptus ex area: et sicut fumus de fumario. Ego aũt dñs deus tu⁹ ex tra egipti: et deũ absq; me nescies: ⁊ saluator nõ est pret̃ me. Ego ꝓgnoui te in deserto: ĩ terra solitudinis. Juxta pascua sua adĩpleti sũt: et saturati sũt. Et eleuauerũt cor suũ: ⁊ obliti sũt mei. Et ego ero eis q̃si leena: sicut ꝑdus ĩ via assirioꝝ. Occurrã q̃si vrsa raptis catulis: ⁊ dirũpaz interiora iecoris eoꝝ. Et ꝓsumã eos ibi q̃si leo: bestia agri scindet eos. Perditõ tua israh: tm̃modo ĩ me auxiliũ tuũ. Vbi est rex tuus: Maxĩe nunc saluet te in oĩbꝰ vrbibꝰ tuis. Et iudices tui de qbꝰ dixisti: da mihi regez ⁊ ꝓncipes. Dabo tibi regẽ in furore meo: ⁊ auferã in ĩdignatione mea. Colligata est iniq̃tas ephraim: absconditũ peccatũ eius. Dolores pturiẽtis venient ei. Jpe filius nõ sapiẽs. Nunc ei non stabit ĩ ꝓtritione filioꝝ. De manu mortis liberabo eos: de morte redimã eos. Ero mors tua o mors: morsus tu⁹ ero iferne. Consolatõ abscondita est ab oculis meis: qr ipe int̃ fratres diuidet. Adducet vrentẽ ventũ dñs de deserto ascendentẽ: ⁊ siccabit venas eius. ⁊ desolabit fontẽ eius: ⁊ ipe diripiet thesaurum oĩs vasis desiderabilis.

¶ Capitulum .XIIII.

Pereat samaria: quoniam ad amaritudinem concitauit deum suum. In gladio pereat. Parvuli eoruz elidantur: et fetæ eius discindantur. Conuertere israhel ad dominum deum tuum: quoniam corruisti iniquitate tua. Tollite vobiscum verba: ⁊ conuertimini ad dñm: et dicite ei. Omnẽ aufer iniquitatem ⁊ accipe bonum: et reddemus vitulos labioꝝ nostroꝝ. Assur non saluabit nos. Super equum non ascendemus: nec dicemus vlt̃ dij nostri opera manuũ nostraꝝ: quia eiꝰ qui in te est misereberis pupulli. Sanabo contritiones eoꝝ: diligam eos spontanee: qr auersus est furor meus ab eis. Ero q̃si ros. Et israhel germinabit sicut lilium: et erumpet radix eius vt libani. Jbunt rami eius: et erit quasi oliua gloria eius: ⁊ odor eius vt libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico. Et germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinuz libani. Ephraim quid mihi vltra ydola: Ego exaudiam et dirigam eum: ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens ⁊ intelliget ista: intelligens et sciet hec: Quia recte vie domini ⁊ iusti ambulabũt in eis: preuaricatores vero corruent in eis.



~~Osee~~ Iohel ny

Explicit Osee ꝑpha. Incipit Iohel ꝑpha.

Verbum domini quod fc̃m est ad iohel filium fatuel. Audite hec senes: et auribus percipite omnes habitatores terre. Si factum est istud in diebꝫ vestris: aut in diebus patrum vestroꝝ. Super hoc filijs vestris narrate: et filij vestri filijs suis: et filij eoꝝ generationi altere. Residuũ eruce comedit locusta: ⁊ residuum locuste comedit brucus: ⁊ residuum bruci comedit rubigo. Expergiscimini ebrij: flete ⁊ vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: qm̃ perijt aboꝛe vestro. Gens em̃ ascendet sup terram meam: fortis ⁊ innumerabilis. Dentes eius vt dentes leonis: et molares eius vt catuli leonis. Posuit vineam meaꝫ in desertum: et ficum meam decorticauit. Nudans spoliauit eam et proiecit: albi facti sunt rami eius. Plange quasi virgo accincta sacco: super virum pubertatis tue. Perijt sacrificium et libatio de domo domini: et luxerũt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio: luxit humus: quoniam deuastatum est triticum. Confusum est vinum: elanguit oleum. Confusi sunt agricole: vlulauerũt vinitores super frumento. vino ⁊ ordeo: quia perijt messis agri. Elinea confusa est: et ficus elanguit. Malogranatum et palma et malum ⁊ omnia ligna agri aruerunt: quia confusuꝫ est gaudium a filijs hominuꝫ. Accingite vos et plangite sacerdotes: vlulate ministri altaris. Ingredimini: cubate in sacco ministri dei mei: quoniã interijt de domo dei vestri sacrificium ⁊ libatio. Sanctificate ieiuniuꝫ: vocate cetum: ꝯgregate senes omnes habitatores terre in domum dei vestri et clamate ad dominum. A a a diei: quia prope est dies domini: et quasi vastitas a potente veniet. Nunquid non coraꝫ oculis vestris alimẽta perierunt: de domo dei vr̃i leticia ⁊ exultatio? Computruerũt iumenta in stercoꝛe suo. Demolita sunt horrea: dissipate sunt apothece: qm̃ confusum est triticum. Quid ingemuit animal: mugierunt greges armenti? Quia nõ est pascua eis. Sed ⁊ greges pecoꝝ disperierũt. Ad te clamabo domine: quia ignis comedit speciosa deserti: et flamma succendit omnia ligna regionis. Sed et bestie agri quasi area siciens ymbrem: suspexerunt ad te. Quoniam exiccati sunt fontes aquaruꝫ: et ignis deuoꝛauit speciosa deserti.

Capitulum .II.

Canite tuba ī syon: vlulate in mõte sancto meo. Conturbentur omnes habitatores terre quia venit dies domini: quia prope est dies tenebraꝝ et caliginis: dies nubis et turbinis. Quasi mane expansum sup montes: ꝑplus multus et fortis. Similis non fuit ei a principio: et post euꝫ non erit vsq; in annos generationis et generationis. Ante faciem eiꝰ ignis vorans: ⁊ post eũ exurens flamma. Quasi ortus voluptatis terra coram eo: et post eũ solitudo deserti: neq; est q̃ effugeat eũ. Quasi aspectus equoꝝ aspectꝰ eoꝝ: ⁊ q̃si equites sic current. Sicut sonitus q̃drigaꝝ sup capita montiũ exilient: sicut sonitus flãme ignis deuorãtis stipulaꝫ: velut ꝑplus fortis preparatus ad p̃liuꝫ. A facie eius truciabuntur populi: omnes vultus rediguntur in ollam. Sicut fortes current: q̃si viri bellatores ascendent murum. Viri in vijs suis gradient̃ et non declinabunt a semitis suis. Vnusq̃sq; fratrẽ suum non coartabit: singuli in calle suo ambulabunt. Sed ⁊ per fenestras cadent: et non demolient̃. Urbem ingredient̃: in muro current. Domos ascendent: ꝑ fenestras intrabunt quasi fur. A facie eius cõ tremuit terra: moti sunt celi. Sol et luna obtenebrati sunt: ⁊ stelle retraxerũt splendoꝛem suum. Et dominus dedit vocẽ suam ante faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius: quia fortia et facientia verbum eius. Magnus enim dies domini: et terribilis valde. Et quis sustinebit euꝫ? Nunc g̃ dicit dominus. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio ⁊ fletu ⁊ in planctu: et scindite corda vestra et non vestimenta vestra. Et cõuertimini ad dominum deum vestrum: quia benignus et misericoꝛs est: patiens et multe misericoꝛdie et prestabilis sup malicia. Quis scit si conuertatur ⁊ ignoscat deus: et relinquat post se benedictionem? Sacrificiũ et libamen dño deo nostro. Canite tuba ī syon: sanctificate ieiuniũ vocate cetũ: ꝯgregate

Ioel 1ª

ꝑplm sanctificate ecclesiam:coadunate se-
nes ꝯgregate paruulos ⁊ sugentes ubera.
Egrediat̃ sponsus de cubili suo:et sponsa
de thalamo suo. Inẽ uestibulum et altare
ploꝛabũt sacerdotes ministri dñi ⁊ dicent.
Parce dñe ꝓce ꝑplo tuo:et ne des hẽditatẽ
tuã in obꝓobꝛiũ:ut dominent̃ eis natio-
nes. Quare dicũt in ꝑplis ubi est de⁹ eoꝝ?
Zelatus est dñs terrã suaꝫ:et pepcit ꝑplo
suo. Et respõdit dñs:et dixit ꝑplo suo. Ec-
ce ego mittam uobis frumentũ ⁊ uinum ⁊
oleum:et replebimini in eis:et non dabo
uos ultra obꝓobꝛiũ in gentibꝫ. Et eũ qui
ab aquilone est ꝓcul faciaꝫ a uobis:et ex-
pellam eũ in terrã inuiam ⁊ desertaꝫ. Fa-
ciem eius contra mare oꝛientale:et extre-
mũ eius usqꝫ ad mare nouissimũ:et ascen-
det fetoꝛ eius. Et ascendet putredo eius:qꝛ
superbe egit. Noli timere terra:sed exulta
⁊ letare:qm̃ magnificauit dñs ut faceret.
Nolite timere aĩalia regionis:qꝛ germĩa-
uerunt speciosa deserti. Quia lignuꝫ attu-
lit fructũ suum:ficus ⁊ uinea dederũt uir-
tutem suã. Et filij sy̓on exultate ⁊ letami-
ni in dño deo uestro:quia dedit uobis doc-
toꝛem iusticie:et descendere faciet dñs ad
uos ymbꝛem matutinũ ⁊ serotinũ sicut in
ꝓncipio. Et implebunt̃ aree frumento:⁊
redundabunt toꝛcularia uino et oleo. Et
reddam uobis annos quos ꝯmedit locu-
sta. bꝛucꝰ ⁊ rubigo ⁊ eruca:fortitudo mea
magna quaꝫ misi in uos. Et ꝯmedetis ues-
centes ⁊ saturabimĩ:et laudabitis nomen
dñi dei uĩi qui fecit mirabilia uobiscũ. Et
non ꝯfundet̃ ꝑplus meus in sempiternũ:⁊
scietis qꝛ in medio hirl'm ego sum. Et ego
dñs deus uester:et nõ est amplius:et non
ꝯfundet̃ ꝑplus meꝰ ineternũ. Et erit:post
hec effundã de spiritu meo sup omem car-
nem:et ꝓphetabunt filij uĩ ⁊ filie uẽe. Se-
nes uestri somnia somniabunt:⁊ iuuenes
uestri uisiones uidebũt. Sed ⁊ sup seruos
meos et ancillas ĩ diebꝫ illis effundaꝫ spm̃
meum:et dabo pꝛodigia in celo et in terra
sanguinem et ignem ⁊ uapoꝛem fumi. Sol
conuertet̃ in tenebꝛas et luna in sanguinẽ
anteq̃ ueniat dies dñi magnus et hoꝛribi-
lis. Et erit:oĩs qui inuocauerit nomẽ dñi
saluus erit:qꝛ in monte sy̓on et in hirl'm
erit saluatio sicut dixit dñs:et in residuis
quos dominus uocauerit. Capi. III.

Ecce enim in diebꝫ illis et in tempe
illo cũ ꝓuertero captiuitatẽ iuda
et hirl'm. ꝯgregabo oĩes gentes:
et deducam eas in uallem ioſaphat ⁊ disce-
ptabo cũ eis ibi sup populo meo et here-
ditate mea israhel quos disperserũt in na-
tionibꝫ:et terrã meã diuiserũt et sup po-
pulum meũ miserũt soꝛtem. Et posuerunt
puer̃ in pꝛostibulũ:⁊ puellam uendiderũt
pꝛo uino ut biberent. Elex̃ quid mihi ⁊ uo-
bis tyꝛus ⁊ sy̓don ⁊ oĩs ẽminus palesti-
noꝝ? Nunquid ultõnez uos reddetis mihi?
Etsi ulciscemini uos ꝓtra me:cito uelocit̃
reddã uicissitudinẽ uobis sup caput uĩm.
Argentũ enim meũ et auꝝ tulistis:⁊ desi-
derabilia mea ⁊ pulcerrima intulistis ĩ de-
lubꝛa uestra. Et filios iuda ⁊ filios hirl'm
uendidistis filijs grecoꝛum:ut longe face-
retis eos de finibꝫ suis. Ecce ego suscitabo
eos de loco in quo uendidistis eos:et con-
uertaꝫ retributionẽ uestrã in caput uĩm.
Et uendam filios uestros et filias uestras
in manibꝫ filioꝝ iuda:et uenũdabunt eos
sabeis genti longinque. quia dominus lo-
cutus est. Clamate hec in gentibꝫ:sanctifi-
cate bellum:suscitate robustos. Ascendãt
oĩes uiri bellatoꝛes. Cõcidite aratra uꝛa
in gladios:et ligones uestros in lanceas.
Infirmus dicat:qꝛ ego foꝛtis sum. Erum-
pite et uenite omnes gentes de circuitu:et
congregamini. Ibi occumbere faciet dñs
robustos tuos. Consurgant et ascendant
gentes in uallem ioſaphat:quia ibi sedebo
ut iudicez omnes gentes in circuitu. Mit-
tite falces:quoniaꝫ maturauit messis. Ue-
nite et descendite:quia plenũ est toꝛcular.
Exuberant toꝛcularia:quia multiplicata
est malicia eoꝛuꝫ. Populi populi in ualle
concisionis:quia iuxta est dies dñi in ual-
le ꝯcisionis. Sol ⁊ luna obtenebrati sunt:
et stelle retraxerũt splendoꝛez suũ. Et dñs de
sy̓on rugiet:⁊ de hirl'm dabit uocẽ suã. Et
mouebunt̃ celi et terra:et dñs spes popu-
li sui:et foꝛtitudo filioꝝ israhel. Et scietis
qꝛ ego dñs deus uester:habitans ĩ sy̓on in
monte sc̃o meo. Et erit hirl'm sc̃a:et ali-
eni nõ trãsibunt ꝑ eã amplius. Et erit:in
die illa stillabũt montes dulcedinẽ et col-
les fluent lacte. Et per omnes riuos iuda
ibunt aque:et fons de domo domini egre-
dietur:et irrigabit toꝛrentem spinarum.

Egiptus in desolatōnem erit :⁊ ydumea in desertum pditionis: pro eo q̄ iniq̄e egerīt in filios iuda ⁊ effuderint sanguinem īnocentem in terra sua Et iudea inetern̄ū habitabitur:et hierusalem ī generatōnem et generationē .Et mūdabo sanguinem eoꝝ quē non mūdaueram :et dominus cōmorabitur in syon.

Explicit iobel ꝑpha .Incipit amos ꝑpha.

Erba amos qui fuit ī pastoralibus thecue:que vidit super israbel in diebus ozie regis iuda et in diebo iheroboam filij ioas regis israbel ante duos ānos t̄remotus Et dixit.Domin⁹ de syon rugiet: et de hierusalem dabit vocem suam·Et luxerunt speciosa pastorum :⁊ exiccatus est vertex carmeli.Hec dicit domin⁹ .Super tribus sceleribo damasci et super quatuor nō cōuertā eum eo q̄ triturauerūt ī plaustris ferreis galaad. Et mittā ignem ī domū azabel ⁊ deuorauit domos benadab.Et ptera vectem damasci.⁊ dispdā habitatorem de campo ydoli: ⁊ tenentē sceptrum ꝺ domo voluptatis : et trāsferetur populus syrie cirenen dicit domin⁹ .Hec dicit dns. Super tribus sceleribo gaze et super quatuor non cōuertam eum:eo q̄ transtulerit captiuitatem pfectam vt cōcluderet eam ī ydumea.Et mittam ignem ī murum gaze et deuorabit edes ei⁹:et dispdam habitatorem de azoto et tenētem sceptrū de ascalone:et ꝓuertam manū meam super accaron ⁊ peribūt reliq̄e philistinoꝝ dicit dns. Hec dicit dns.Super tribus sceleribo tyri ⁊ sup quatuor nō ꝓuertā eū:eo q̄ cōcluserīt captiuitatē pfectā ī ydumea :et nō sūt recordati federis fratꝝ.Et mittā ignē ī murū tyri:⁊ deuorabit edes ei⁹.Hec dicit dns. Sup tribus sceleribo edō ⁊ sup quatuor ñ ꝓuertā eū:eo q̄ pfecut⁹ sit ī gladio fratrem suū ⁊ violauerit misericordiā ei⁹ :⁊ tenuerit vltra furorem suum .et indignationez suam ꝓuauerit usq̄ ī finem. Mittam ignē in theman : et deuorabit edes bosre .Hec dicit dominus.Super tribus sceleribo filiorum āmon ⁊ super quatuor non conueram eum:eo q̄ dissecuerit pregnantes galaad.ad dilatandum terminum suum.Et succendam ignem in muro rabbē et deuorabit edes eius:in vlulatu ī die belli et ī t̄bine in die cōmotionis .Et ibit melchon ī captiuitatem:ipse et principes eius simul dicit dominus.

¶ Capitulum. .II.

Hec dicit domin⁹ .Super tribo sceleribus moab et super quatuor nō cōuertam eum:eo q̄ incēderit ossa regis ydumee usq̄ ad cinerem.Et mittam ignē in moab et deuorabit edes carioth:et morieť in sonitu moab in clangore tube: et dispdam iudicem de medio eius:⁊ omēs principes eius intficiaꝫ cum eo dicit dns. Hec dicit dominus .Super tribus sceleribus iuda ⁊ super quatuor nō cōuertā eū: eo q̄ abiecerit legē domī:et mādata ei⁹ nō custodierit .Deceperūt em̄ eos ydola sua: post que abierant patres eorū.Et mittam ignem in iudā:et deuorabit edes hierusalē Hec dicit dominus.Super tribo sceleribus israbel et super quatuor nō cōuertam eū: pro eo q̄ vēdiderit pro argento iustum:et pauperem pro calciamētis.Qui cōterunt super puluerem terre capita paupez̄um et viam humilium declinant :et filius ac pr̄ eius ierūt ad puellam vt violarent nomez sanctum meum:et super vestimētis pigneratis accubuerūt iuxta omne altare:⁊ vinum damnatoꝝ bibebāt in domo dei sui. Ego autem exterminaui amorreū a facie eorum :cui⁹ altitudo cedroꝝ altitudo ei⁹: et fortis ipse quasi quercus.Et ꝓtriui fructū eius desuper:et radices ei⁹ subter.Ego sum qui ascendere vos feci de terra egipti: et eduxi vos ī deśtum q̄draginta annis.vt possideretis terrā amorrei ⁊ suscitaui ꝺ filijs vestris in ꝓphetas ⁊ de iuuenibo vestris nazareos.Nūquid ñ ita ē filij isr̄l dicit domin⁹?Et ꝓpinabitis nazareis vinū:⁊ ꝓphetis mandabitis dicētes:ne ꝓphetetis.Ecce ego stridebo subter vos:sicut stridet plaustrū onustū feno.Et pibit fuga a veloce:⁊ fortis nō obtinebit ꝺtutem suā:et robust⁹ nō saluabit animā suam .Et tenēs arcum non stabit ⁊ velox pedibo suis nō saluabitur :et ascensor equi nō saluabit animam suam:et robustus corde inter fortes nud⁹ fugiet in die illa dicit dominus.

¶ Capitulum. .III.

Audite verbū quod locutus est dñs sup vos filij israbel: sup omnez cognationē quā eduxit de terra egipti dicens. Tantūmō vos cognoui ex omnibus cognationibz terre: idcirco visitabo sup vos omnes iniquitatez vestras. Nunquid ambulabunt duo pariter: nisi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in saltu: nisi habuerit predam? Nunquid dabit catulus leonis vocez de cubili suo: nisi aliquid apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueum terre absq; aucupe? Nunquid auferetur laqueus de terra: antēq; quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate: et popul⁹ non expauescet? Si erit malū in ciuitate: quod dñs non fecerit? Quia nō faciet dñs deus verbum: nisi reuelauerit secretuz suum ad seruos suos prophetas. Leo rugiet: quis non timebit? Dñs deus locut⁹ est: quis non prophetabit? Auditum facite in edibz azoti: ⁊ ī edibz terre egipti: ⁊ dicite. Congregamini sup montes samarie: ⁊ videte insanias in medio ei⁹ multas: ⁊ calūniam pacientes in penetrabilibus eius. Et nescierūt facere rectum dicit dñs: thesaurizantes iniquitatez et rapinas in edibus suis. Propterea hec dicit dñs deus. Tribulabit̄ et circuiet̄ terra: et detrahet̄ ex te fortitudo tua: et diripientur edes tue. Hec dicit dñs. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremū auricule: sic eruent̄ filij israel qui habitāt in samaria in plaga lecturi ⁊ ī damasci ḡbato. Audite ⁊ cōtestamini in domo iacob dicit dñs deus exercituū: qz in die cū visitare cepo ꝑuari catōes israel sup eum visitabo et sup altaria bethel: et amputabunt̄ cornua altaris et cadent in terrā. Et pcuciam domū hijemalem cum domo estiua: et peribunt domus eburnee: et dissipabuntur edes multe dicit dominus.

Capitulum. IIII.

Audite verbum hoc vacce pingues q̄ estis in mōte samarie: que calūniaz facitis egenis: ⁊ confringitis paupes. Que dicitis dominis vestris: afferte ⁊ bibemus. Jurauit dñs deus in scō suo: qz ecce dies venient sup vos ⁊ leuabūt vos in contis: et reliq̄as vr̄as in ollis feruentibz. Et per aperturas exibitis altera ꝓtra alteraz: et piciemini in armon dicit dñs. Venite ad bethel et impie agite: ad galgalam: et multiplicate preuaricatōez. Et offerte victimas vr̄as: tribz diebz decimas vr̄as. Et sacrificate de fermento laudem: ⁊ vocate voluntarias oblatōes ⁊ annūciate. Sic em̄ voluistis filij israel dicit dñs deus. Unde ⁊ ego dedi vobis stuporem dentiū in cunctis vrbibz vestris: et indigēciā panum in omnibz locis vestris: ⁊ non estis reuersi ad me dicit dñs. Ego q̄z phibui a vobis ymbrē cum adhuc tres mēses supessent vsq; ad messem: et plui sup vnaz ciuitatē: et sup alterā ciuitatem non plui. Pars vna cōpluta est: et ps sup quaz non plui aruit. Et venerūt due ⁊ tres ciuitates ad vnā ciuitatem vt biberent aquā: ⁊ non sūt saciate: ⁊ nō rediſtis ad me dicit dñs. Percussi vos in vento vrente et in aurugine: multitudinē ortoꝝ vr̄oꝝ et vineaꝝ vestrarū olineta vestra et ficeta vr̄a comedit eruca: et nō rediſtis ad me dicit dñs. Misi in vos mortē in via egipti: pcussi ī gladio iuuenes vr̄os vsq; ad captiuitatem equoꝝ vestroꝝ et ascendē feci putredinē castroꝝ vestrozū in nares vestras: et non rediſtis ad me dicit dñs. Subuerti vos sicut subuertit deus sodomam et gomorrā: et facti estis quasi torris raptus ab incendio: ⁊ nō rediſtis ad me dicit dñs. Quapropter hec faciam tibi israel. Postq̄ aūt hec fecero tibi: preparare in occursum dei tui israbel. Quia ecce formans mōtes et creans ventū et annūcians homini eloquiū suuz: faciēs matutinā nebulam et gradiens sup excelsa terre: dñs deus exercituū nomen eius.

Capitulum .V.

Audite verbuz istud: q̄ ego leuo super vos planctum. Domus israbel cecidit: et non adiciet vt resurgat. Virgo israbel proiecta est in terram suā: non est qui suscitet eaz. Quia hec dicit dominus deus. Urbs de qua egrediebantur mille relinquentur in ea centum: et de qua egrediebantur centum relinquentur in ea decem in domo israbel: quia hec dicit dominus deus domui israbel. Querite me et viuetis: et nolite querere bethel. Jn galgala nolite intrare: et in bersabee non trāsibitis: quia galgala captiua ducetur: et bethel erit inutilis. Querite dñm et viuite: ne forte comburat̄ vt ignis dom⁹ ioseph: et deuorabit et nō erit qui extinguat

bethel. Qui ꝓuertitis ī absinthiū iudiciū: ⁊ iustitiā ī ₹ra relinquitis: facientē arctu-rum et orionem ⁊ ꝓuertentē mane ī tene-bras: ⁊ diem in noctem mutantē. Qui vo-cat aq̄s maris et effūdit eas sup faciē ₹re: dñs est nomē eius. Qui subridet vastitatē sup ꝛobustū: ⁊ depopulatōnez sup potentē affert. Odio habuer̄t corꝛipientē ī porta: et loquentē pfecte abominati sūt. Idcirco pro eo q̄ diripiebatis pauperē et predam electā tollebatis ab eo: domos q̄dꝛo lapide edificabitis: et ñ habitabitis ī eis. Vineas plantabitis amantissimas ⁊ nō bibetis vinū eaꝝ: quia cognoui mlta scelera vīa: ⁊ fo-rtia peccata vestra. Hostes iusti accipientes mun⁹: ⁊ paupes deꝑmētes in porta. Ideo prudēs ī tpe illo tacebit: quia temp⁹ malū est. Queritе bonū ⁊ nō malū vt viuatis: et erit dñs de⁹ exercituū vobiscuꝫ sicut dixi-stis. Odite malū ⁊ diligite bonū: ⁊ ꝓstituite ī porta iudiciū: si fortе misereat̄ domi⁹ de⁹ exercituū reliquijs ioseph. Propterea hec dicit domin⁹ deus exercituum dñator. In oībus plateis planct⁹: et ī cūctis q̄ foris sūt dicetur ve ve. Et vocabūt agricolā ad luctū: ⁊ ad planctū eos q̄ sciūt plangē. Et ī oīb⁹ vijs eritꝑ lanct⁹: quia ꝑtrāsibo ī medio tui dicit dñs. Ve desiderātib⁹ diem dñi. Ut quid eā vobis? Dies dñi ista tene-bre et nō lux. Quomodo si fugiat vir a fa-cie leonis ⁊ occurret ei vrsus: ⁊ ingredi-et̄ domū ⁊ imitet̄ manu sua sup parietem: et mordeat eum coluber. Nūquid nō tenebre dies dñi et nō lux ⁊ caligo et non splendor in ea? Odi et ꝓieci festiuitates vīas: et nō capiaꝫ odorez cetuū vestroꝝ. Quod si ob-tuleritis mihi olocaustomata et munera vestra non suscipiā: ⁊ vota pinguiū vr̄oꝝ nō respiciaꝫ. Aufer a me tumultū carmi-nū tuoꝝ: ⁊ cantica lire tue nō exaudiam. Et ꝛuelabitur quasi aqua iudiciū: ⁊ iusti-cia quasi torrēs fortis. Nūquid hostias et sacrificiū obtulistis mihi ī deserto quadra-ginta annis domus isrl̄? Et portastis tab-naculum moloch deo vestro: ⁊ ymaginem ydoloꝝ vr̄oꝝ. sidus dei vr̄i rēpha: figuras quas fecistis vobis adorare eas. Et migre vos faciam trans damascum dixit domi⁹: deus exercituum nomen eius.

Capitulum. .VI.

Ve vobis qui opulenti estis in syon et cōfidit̄is ī monte samarie: opti-mates capita populoꝝ: ingredientes pōpatice domū israhel. Trāsite ī chalamie et videte: et ite inde in emath magnam et descēdite in geth palestinoꝝ et ad optima q̄q regna hoꝝ: si latior termin⁹ eoꝝ ₹mi-no vestro ē. Qui seperati estis ī diem ma-lū: et appropinq̄tis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis: et lasciuitis in stratis vr̄is. Qui comedit̄is agnū ō grege. ⁊ vitulos ō medio armēti: q̄ canitis ad vo-cē psalterij. Sicut dauid putauer̄ūt se ha-bere vasa cantici: bibētes ī phialis vinū. ⁊ optimo vngēto delibuti: ⁊ nihil paciebant̄ super cōtritione ioseph. Quapropter nūc migrabūt in capite trāsmigrātium: et au-feret̄ factio lasciuientiū. Jurauit dñs de⁹ in anima sua: dicit domi⁹ deus exercituū. Detestor ego superbiā iacob: ⁊ domos eius odi: ⁊ tradā ciuitatē cū habitatoribꝫ suis. Quod si reliqui fuerint decem viri ī domo una: et ipi morient̄. Et tollet eū ꝓpinquus suus ⁊ conburet eum vt efferat ossa de do-mo: et dicet ei qui in penetralibꝫ dom⁹ est. Nūquid adhuc ē penes te? Et respondebit. Finis est. Et dicet ei. Tace: ⁊ nō r̄cordemur nois dñi. Quia ecce domin⁹ mādauit: ⁊ p-cuciet domū maiorem ruinis: ⁊ domū mi-norem scissionibꝫ. Nūquid currere queūt ī petris equi: aut arari potest̄ ī bubal? Qm̄ cōuertistis ī amaritudinem iudiciū ⁊ fru-ctū iusticie ī absinthiū: q̄ letami ī nihilo: q̄ dicitis. Nūq̄d nō ī fortitudiē nr̄a assūpsi-mus nobis cornua? Ecce em̄ suscitabo sup vos domus isrl̄ dicit dñs deus exercituum gentem: ⁊ conteret vos ab introitu emath vsq̄ ad torrentem deserti.

Capitulum. .VII.

Hec ostendit mihi domin⁹ deus. Ecce fictor locuste ī principio ger-minātium serotini ymbris: ⁊ ecce serotinus post tōsorem gregis. Et factus est cum cōsūmasset comedere herbam terre dixi. Domine deus ꝓpicius esto obsecro. Quis suscitabit iacob quia paruulus est? Misertus est dominus super hoc. Non erit dixit domin⁹. Hec ostendit mihi dñs deus. Et ecce vocabat iudiciū ad ignez dñs de⁹: et deuorauit abissum multam et comedit

simul ꝓtem. Et dixi. Dñe deus q̃esce obsecro. Quis suscitauit iacob qz ꝑuulus est: Mistus est dñs sup hoc. Dz q istud ñ erit dixit dñs deus. Hec oñdit mihi dñs deus. Et ecce dñs stans sup murꝫ litū: q in mãu eius trulla cemẽtarij. Et dixit dñs ad me. Quid tu vides amos: Et dixi. Trullaz cemẽtarij. Et dixit dñs. Ecce ego ponã trullam in medio ꝑpli mei isrl. Nõ adiciaz vltꝫ supinducere eũ: et demolientꝫ excelsa ydoli et sanctificatões isrl desolabunt: q surgam sup domũ hieroboaz ī gladio. Et misit amasias sacerdos bethel ad hieroboaz regez isrl dicens. Rebellauit ꝑ te amos ī medio domus isrl. Non poterit tra sustinẽ vniuersos ſmones eius. Hec ei dicit amos. In gladio morietur hieroboaz: q isrl captiuus migbit de terra sua. Et dixit amasias ad amos. Qui vides gradẽ: fuge in terraz iuda q pmede ibi panẽ et ꝑphetabis ibi: q ī bethel nõ adicies vltꝫ vt ꝑphetes qz sanctificatio regis est q dom⁹ regni est. Rñditqz amos: et dixit ad amasiaz. Nõ sum ꝑpheta et nõ sum fili⁹ ꝑphete: sed armẽtarius ego sum vellicans sicomoros. Et tulit me dñs deus cũ sequerer gregẽ: q dixit dñs ad me. Vade ꝑpheta ad ꝑplm meum isrl. Et nunc audi verbũ dñi. Tu dicis nõ ꝑphetes sup isrl: et nõ stillabis sup domũ ydoli. Propt̃ hoc hec dicit dñs. Vxor tua in ciuitate fornicabit: et filij tui q filie tue in gladio cadent: et humus tua funiculo metiet. Et tu in terra polluta morieris: et israhel captiuus migrabit de terra sua. Ca. VIII.

enim mali fecit iste: Nullam causam
mortis inuenio in eo. Corripiã ergo
illum et dimittã. r. At illi instabant
vocibus magnis postulantes vt cru
cifigereꝫ: et inualescebant voces eo-
rum. s. Et pilatus adiudicauit fieri
petitiõnẽ eor̃. Dimisit aũt illis eu3. q̃
propter homicidiũ & seditiõnẽ missus
fuerat in carcerẽ quem petebãt: ihm
vero tradidit voluntati eor̃. t. Et cũ
ducerent eum apprehenderũt simonẽ
quendã cyrenensez venientẽ ỏ villa:
et imposuerũt illi crucẽ portare p⁹
ihesum. Sequebaꝫ aũt illũ mlta tur
ba populi et mulier̃: que plangebãt
et lamẽtabantur eu3. Conuersus aũ
ad illas ihus dixit. Filie hierlm no
lite flere sup me: sed sup vosipas fle-
te. et sup filios vestros. Quoniã ecce
venient dies in q̃bus dicẽt. Beate ste-
riles. et vẽtres que nõ genuerunt: et
vbera que nõ lactauerũt. Tunc inci
pient dicere montibus cadite super
nos: et collibus operite nos. Quia si
in viridi ligno hec faciũt in arido q̃d
fiet⁹. v. Ducebanꝫ aũt & alij duo ne-
quã cũ eo: vt interficerenꝫ. x. Et p⁹-
q̃ venerunt in locum qui vocaꝫ cal
uarie. ibi crucifixerunt eum. ỹ. et la
trones: vnũ a dextris et alter̃ a sini-
stris. z. Ihesus autez dicebat. Pater
dimitte illis. Quia nesciunt quid fa
ciunt. a. Diuidentes vero vestimẽta
eius miserũt sortes. Et stabat popu-
lus expectans. b. et deridebant eum
principes cuz eis dicentes. Alios sal
uos fecit: seipsum saluum faciat. si
hic est cristus dei electus. c. Illude-
bant aũt ei et milites accedentes: et
acetuz offerẽtes ei dicẽtes. Si tu es
rex iudeor̃ saluũ te fac. d. Erat autẽ
supscriptiõ scripta sup eũ litteris gre
cis et latinis & hebraicis: hic ẽ rex iu
deor̃. e. Vnus aũt de his q̃ pẽdebãt
latrõibꝫ blasphemabat eũ dicẽs. Si
tu es xp̃s: saluũ fac temetipm & nos.

.a.Lu.ccxcvij. Mt̃.cccx. Mr̃. cxcj. Jo.lxix.
.b.Lu.ccxcviij
.c.Lu.ccxcix. Mt̃.cccxij Mr̃. cxcviij.
Lu.ccc. Mt̃.cc-cxcviij. Mr̃.cxc-ix. Jo.clxxvj.
.d.Lu.cccj.
.e.Lu.cccij. Mt̃.cccxx. Mr̃. cc. Jo.clxxviij
.f.Lu.ccciij Jo.clxxxvj·et cxc.et.clxxxij.
.g.Lu.ccciiij.
.i.Lu.cccv. Mt̃ cccviij. Mt̃ clxxxix.
.k.Lu.cccvj.
.l.Lu.cccvij. Jo.clxxxij.et. clxxxvj.et.cxc
.m.Lu.ccc.viij
.n.Lu.cccix. Mt̃.cccxxij . Mr̃.ccij.
.o.Lu cccx. Mt̃.cccxxv. Mr̃.ccviij. Jo. clxxxiiij.
.p.Lu.cccxj. Mt̃.cccxxvj. Mr̃.ccv. Jo.clxxxviij. ix
.q.Lu.cccxij. Jo.clxxxij.et cxc.et clxxxvj.
.r.Lu.cccxiij. Mt̃.cccxxvj. Mr̃.ccv. Jo.cxcviij.
.s.Lu.cccxiiij. Mt̃.cccxxviij. Mr̃.ccvj. Jo. cxcvj.
.t.Lu.cccxv. Mt̃.cccxxxj. Mr̃.ccix. Jo. cxcvij.
.v.Lu.cccxvij. Mt̃.cccxxxvj. Mr̃.ccx. Jo. cxcviij.
.x.Lu.cccxviij Mt̃.cccxxxij. Mr̃.ccxj. Jo.cxcix.
.ỹ.Lu.cccxix. Mt̃.cccxxxvj. Mr̃.ccxv. Jo. cxcviij.
.z.Lu.cccxx.
.a.Lu.cccxxj. Mt̃.cccxxxviij. Mr̃.ccxvij. Jo. ccj.
.b.Lu.cccxxij. Mt̃ cccxxxviij Mr̃.ccxviij .ij
.c.Lu.cccxxiij Mt̃.cccxlij. Mr̃ ccxxij.
.d.Lu cccxxiiij Mt̃.cccxxxv. Mr̃. ccxiiij. Jo cxcix.
.e.Lu.cccxxv. Mt̃.cccxxxix. Mr̃.ccxix.

r
.a.Lu.cccxxvj

.a.Respondēs aūt alter increpabat eū dicens. Neq; tu times deū. qui in eadem damnatōe es. Et nos quidem iuste: nā digna factis recipim⁹. Hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad ihm. Dñe: memēto mei cū veneris ī

ij
.b.Lu.cccxxvij
Mt̄.cccxl. Mr̄.
ccxx.

regnū tuū. Et dixit illi ihesus. Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradi-

ij
c.Lu.cccxxviij
Mt̄.cccxlviij.
Mr̄.ccxxviij.

so. b. Erat aūt fere hora sexta: ⁊ tenebre facte sūt in vniuersam terrā vsq; in horam nonam. Et obscuratus est

i
.d.Lu.cccxxix
Mt̄.cccxlix.
Mr̄.ccxxix.
Jo.cclxxj.

sol. c. et velum templi scissum ē medium. d. et clamans voce magna ihesus ait. Pater: in manus tuas ꝑmēto spiritū meū. Et hec dicēs expirauit. e. Videns aūt centurio quod factū fuerat: glorificauit deus dicens.

ij
.e.Lu.cccxxx.
Mt̄.cccxlvj.
Mr̄.ccxxv.

Vere hic homo iustus erat. f. Et omnis turba eorū q̄ sil̄ aderāt ad spectaculū istud. et videbāt q̄ fiebant: percucientes pectora sua reuertebātur.

r
.f.Lu.cccxxxj.

Stabant aūt omnes noti ei⁹ alōge: et mulieres q̄ secute eū erant a galilea hec videntes. g. Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio. vir bon⁹

j
.g.Lu.cccxxxij
Mt̄.cccxlviij.
Mr̄.ccxxvij.
Jo.ccvj.

et iustus: hic nō ꝑsenserat consilio ⁊ actibus eor̄. ab aramathia ciuitate iudee: qui expectabat et ipe regnum dei. Hic accessit ad pilatum et petijt

j
b.Lu.cccxxxiij
Mt̄.cccxlix.
Mr̄.ccxxviij.
Jo.ccvij.

corpus ihesu. h. et depositum inuoluit sydone: ⁊ posuit eū in monumento excisō: in quo nondū quisq̄ positus fuerat. i. Et dies erat parasceues: et

r
.i.Lu.cccxxx
iiij.

sabbatū illucescebat. Subsecute aūt mulieres que cum eo venerāt de galilea viderūt monumentū: et quēadmodum positum erat corpus ei⁹. k. et reuertentes parauerunt aromata et vngenta: et sabbato quidem silue-

viij
k.Lu.cccxxxo
Mr̄.ccxxx.

rūt secundū mandatum.

j
Lu.cccxxxvj.
Mt̄.ccclij. Mr̄.
ccxxxj. Jo.ccxj

¶ Capitulum. .XXIIII.

Una aūt sabbati valde dilucu lo venerunt ad monumentum portantes que parauerant aromata: et inuenerunt lapidē reuolutū a monumento ⁊ ingresse ñ inuenerunt corpus domini ihesu. Et factum ē duz mēte consternate essēt de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. l. Cuz timerēt aūt et declinarent vultum in terraz: dixerunt ad illas. Quid queritis viuentē cū mortuis? Nō ē hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locut⁹ est vobis. cū adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filium hominis

ij
.l.Lu.cccxxxvij.
Mt̄.ccclij.
Mr̄.ccxxxij.

trad̄i in manus hominū peccatorū: ⁊ crucifigi. et tercia die resurgere. m. Et recordate sūt verborū ei⁹: ⁊ regresse a monumento nunciauerunt hec

ij
.m.Lu.cccxxx
viij.
Mt̄.ccclviij.
Mr̄.ccxxxviij.

omnia illis vndecim: et ceteris omnibus. n. Erat aūt maria magdalene. ⁊ iohāna. et maria iacobi. et cetere q̄ cū eis erāt: que dicebant ad apostolos hec. Et visa sūt ante illos sicut deliramentū verba ista: et nō crediderūt

r
.n.Lu.cccxxx
ix.

illis. Petrus aūt surgēs cucurrit ad monumētū: et ꝓcūbēs vidit linthea mina sola posita: et abijt secū mirās qd̄ factū fuerat. o. Et ecce duo ex illis ibāt ipa die in castellū qd̄ erat in

viij
.o.Lu.cccxl.
Mr̄.ccxxxviij.

spacio stadior̄ sexaginta ab hierlm nomie emaus: et ipi loq̄bant ad inuicē de hijs omnibus q̄ acciderāt. Et factū ē dū fabularent̄ ⁊ secū quererēt: et ipe ihus approp̄inquās ibat cuz illis. Oculi aūt illor̄ tenebant̄. ne euz agnoscerēt. Et ait ad illos. Qui sunt hij sermones quos cōfertis adinuicē ambulātes: et estis tristes? Et respondēs vn⁹ cui nomen cleophas: dixit ei. Tu solus pegrinus es ī hierlm et nō ꝓgnouisti q̄ facta sūt ī illa hijs diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerūt. De ihu nazareno q̄ fuit vir ꝓpheta: potēs in ope et sermone. coraā deo ⁊ omi populo. Et quō eū tradiderunt sūmi sacerdotes et p̄ncipes nri ī dāpnatōnē mortis: et crucifixerūt eū. Nos aūt sperabam⁹: qr ipse esset redēptur⁹ isrl̄. Et nūc sup hec omnia tercia dies ē hodie: q̄ hec facta sunt. Sed et mulieres q̄dam ex nris terruerunt nos. q̄ ante lucē fuerunt ad monumētuz: et non inuento corpore eius. venerunt dicētes se etiā visionē angelor̄ vidisse: qui dicunt eū viuere. Et abierūt quidā ex nris ad monumentuz: et ita inuenerūt sicut mulieres dixerūt: ipm vero ñ inuenerūt. Et ipe dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendū ī oibus q̄ locuti sūt ꝓphe. Nōne hec oportuit pati cristū: et ita intrare ī gl̄iam suā? Et incipiēs a moyse et oibus ꝓphetis īterp̄tabat̄ illis ī oibus scripturis

Plogus

que de ipo erat. Et appropinquauerſt castello quo ibant: ⁊ ipe se finxit lo= gius ire. Et coegerunt illu dicentes. Mane nobiscu quonia aduespascit: et inclinata e ia dies. Et inrauit cuz illis. Et factu e du recuberet cuz eis accepit pane: et benedixit ac fregit: et porrigebat illis. Et apti sut oculi eor: et gnouerut euz: et ipse euanuit ex oculis eor. Et dixerut adinuice. None cor nrm ardens erat in nobis. du loqre in via: et apiret nobis scri pturas? Et surgetes eade hora regres si sut in hierlm: ⁊ inuenerut congrega tos undecim. et eos q cu illis erat di= centes q surrexit dominus vere: et apparuit simoni. Et ipi narrabat q gesta erant in via: et quo gnouerut eu in fractoe panis. a. Du aut hec lo qre: stetit ibus i medio eor ⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego su: nolite time. Coturbati vero et gterriti. existima bat se spuz videre. Et dixit eis. Quid turbati estis: et cogitatoes ascendut in corda vra? Videte manus meas et pedes: qr egoipe su. Palpate et vide te: qr spus carne et ossa no habet. sic me videtis habe. Et cum hoc dixisset: ondit eis man⁹ ⁊ pedes. b. Adhuc at illis no credetibus et miratibo p gau dio. dixit. Habetis hic aliqd qd man duce? At illi obtulerut ei parte pi= scis assi: et fauu mellis. Et cu madu= casset coram eis: sumens reliquas de= dit eis. c. Et dixit ad eos. Hec sr ver ba que locut⁹ sum ad vos cuz adhuc essem vobiscu: quonia necesse est im= plere omia q scripta sut in lege moy si ⁊ pphetis et i psalmis de me. Tunc apuit illis sensu. ut intelligeret scri pturas: ⁊ dixit eis. Quia sic scriptu e. et sic oportebat xpm pati et resurge a mortuis tercia die: ⁊ pdicare i no= mine ei⁹ penitecia et remissione pec= catoz i omes gtes: incipietibo a hie= rosolima. Vos at testes estis horuz. Et ego mitta pmissu patris mei in vos: vos at sedete i ciuitate. quoad= usq duamini vtute ex alto. Eduxit at eos foras in bethaniam: et eleuatis manibo suis bndixit eis. Et fctm e du bndiceret ill' recessit ab eis: ⁊ ferebatur in celu. Et ipi adorates egressi st

ix
a Luc. cccxlj.
Jo. ccxxxij. ⁊. cc xvij.

ix
b. Lu. cccxlij.
Jo. ccxxj.

x
c. Lu. cccxliij

ī hierlm cu gaudio magno: ⁊ erat sp ī tplo laudates ⁊ benedicetes deum amen. Explicit euageliu sm lucā. Incipit plog⁹ ī euageliu sm iohez.

Hic est iohannes euan= gelista vnus ex discipu lis domini: qui virgo a deo electus est: quem ꝺ nuptijs volentem nu= bere vocauit deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datur in euagelio: q et pre ceteris dilectus a deo dicitur: et huic matrem suam de de cruce commendauit dominus. vt virgine virgo seruaret. Denicp mai= festas in euagelio q erat ipse in cor= ruptibilis verbi opus inchoans. so= lus verbu carne factu esse. nec lume a tenebris coprehensu fuisse testat: primu signu ponens quod i nuptijs fe cit domin⁹ ostentes q ipe erat: vt le= gentibo demonstraret q vbi dns inui= tatus sit deficere nuptiar vinum de= beat: et veteribus immutatis. noua omia que a cristo instituunt appare ant. Hoc at euageliu scripsit i asia. posteaq in pathmos insula apocali psim scripserat: vt cui in pncipio ca= nonis i corruptibile pncipium pno= tat in genesi: ei etiaz incorruptibilis finis per virginem in apocalipsi red deret dicente cristo ego su alpha et o. Et hic e iohannes: qui sciens sup= uenisse diem recessus sui. Conuoca= tis discipulis suis i epheso. per mlta signoruz experimenta pmens cristu descendens in defossum sepulture sue locum facta oratione. positus est ad patres suos: tam extraneus a dolore mortis q a corruptone carnis inue= nitur alienus. Tame post omis euā= gelium scripsit: et hoc virgini debe= batur. Quorum tamen vel scriptoru tempois dispositio. vel liboroum or dinatio ideo a nobis per singula no exponitur: vt sciendi desiderio colla= to et querentibus fructus laboris: ⁊ deo magisterij doctrina seruetur.

Finitur plogus Incipit euageli= um. secundum iohannem.

iij
Jo.j. Mt̄.j.Lu
xiiij.

In principio erat verbum:et verbuz erat apud deū:et de⁹ erat verbum. Hoc erat in pncipio apud deum. Omnia p ipm facta sūt:q sine ipo factū ē nihil. Quod factuz est in ipso vita erat:et vita erat lux hominū:et lux ī tenebris lucet: et tenebre eā nō pphenderūt. a. Fuit homo missus a deo:cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimonium vt testimoniū phiberet ō lumine:vt omnes crederēt per illū. Nō erat ille lux:sed vt testimoniū phiberet de lumine. b. Erat lux vera:que illūinat omnē hominē venientē in hūc mundū. In mundo erat:et mūdus p ipm factus ē:et mūdus eū ñ pgnouit. c. In propria venit et sui eū nō recepe rūt. Quotqt aūt receperūt eū. dedit eis potestatē filios dei fieri: hijs qui credūt ī nomine eius. Qui nō ex sanguinibz neqz ex volūtate carnis. neqz ex volūtate viri:sed ex deo nati sūt. d. Et verbū caro factū est:et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius. gloriam q̄si vnigeniti a patre:plenū gracia q veritatis. e. Johannes testimoniū phibet de ipo. et clamat dicēs hic erat quē dixi:qui post me vēturus ē. ante me factus ē:quia pōr me erat. f. Et de plenitudine ei⁹ nos oīs accepimus et graciā p gracia:q lex p moy̆sen data ē:gracia et veritas p ihm cristum facta est. g. Deū nemo vidit vnq̄. Unigenit⁹ filius qui ē in sinu patris:ipe enarrauit. h. Et hoc est testimoniū iohannis:quādo miserūt iudei ab hierosolimis sacerdotes et leuitas ad eū vt interrogarēt eū. Tu quis es? Et pfessus ē:et ñ negauit. Et pfessus est:q nō sū ego cristus. Et interrogauerūt eū. Quid ergo? Helias es tu:Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respōdit. Nō. Dixerūt ergo ei. Quis es vt responsum demus hijs qui miserunt nos? Quid dicis de teipo? Ait. i. Ego vox clamātis in deserto dirigite viā domini: sic dixit ysaias propheta. k. Et qui missi fuerant erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum:et dixerunt ei.

iij
.a. Jo.ij Mt̄.viij
Lu.vj.

iij
.b. Jo.iij. Mt̄.j
Lu.xiiij.

x
.c. Jo.iiij

iij
.d. Jo.v. Mt̄.j
Lu.xiiij.

j
e. Jo.vj. Mt̄ xj
Mr̄.iiij. Lu.x:

x
.f. Jo.vij.

iij
.g. Jo.viij.
Mt̄.cxij. Lu.
cxix.

x
.h. Jo.ix.

j
.i. Jo.x. Mt̄.
viij. Mr̄.ij. Lu.
vij. x
.k. Jo.xj.

Quid ergo baptizas si tu non es cristus:neqz helias neqz pheta:.l. Rñdit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua:medius aūt vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse ē qui p⁹ me venturus est qui ante me factus est:cuius ego non sum dign⁹ vt soluam eius corrigiam calciamenti. m. Hec in bethania facta sunt trans iordanen:vbi erat iohannes baptizans. Altera die vidit iohānes ihesū venientez ad se:et ait. Ecce agn⁹ dei: ecce qui tollit peccata mundi. n. Hic est ō quo dixi. Post me venit vir qui ante me fact⁹ est quia prioz me erat: et ego nesciebam eum. Sed vt māifestetur in israhel:ppterea veni ego ī aqua baptizans. o. Et testimonium perhibuit iohannes dicens. Quia vidi spiritum descendentez quasi colūbam de celo:q mansit sup euz. Et ego nesciebam eum:sed qui misit me baptizare ī aqua:ille mihi dixit. Sup quē videris spiritum descendentem. q manentem super eum:hic est qui baptizat ī spiritu sancto. Et ego vidi q testimonium perhibui:q hic est filius dei. p. Altera die iteruz stabat iohannes:et ex discipulis ei⁹ duo. Et respiciens ihesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei. Et audierūt euz duo discipuli loquētem et secuti sūt ihesum. Conuersus aūt ihesus. q videns eos sequētes se:dicit eis. Quid queritis? Qui dixerūt ei. Rabbi (qō dicitur īterpretatū magister) vbi habitas: Dicit eis. Venite q videte. Venerūt q viderūt vbi maneret:q apud eū manserunt die illo. Hora aūt erat quasi decima. Erat aūt andreas frater simonis petri. vn⁹ ex duobus q audierat a iohanne:q secuti fuerant eum. q. Inuenit hic primum fratrez suū simonē:q dicit ei. Inuenim⁹ messiā:qō ē interpretatū xpus. Et adduxit eū ad ihm. Intuitus aī eū ihesus dixit. Tu es simon fili⁹ iohanna:tu vocaberis cephas:quod īterptatur petrus. r. In crastinū aī voluit exire ī galileā q īuenit philippū. Et dicit ei ihs. Sequre me. Erat aī philipp⁹ a bethsayda ciuitate andree q petri. Inuenit philippus nathanahel:q di-

j
.l. Jo.xij. Mt̄.
xj. Mr̄.iiij. Lu.
x.

x
.m. Jo.xiij.

j
.n. Jo.xiiij.
Mt̄.xj. Mr̄.iiij
Lu.x.

j
.o. Jo.xv. Mt̄.
xiij. Mr̄.v. Lu
xiij.

x
.p. Jo.xvj

j
.q. Jo.xvij. Mt̄
clxvj. Mr̄.lxxx
ij. Lu.xciij.

x
.r. Jo.xviij.

cit ei. Quē scripsit moyses in lege et ꝓphetæ: inuenimus ihēm filiuz ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Veni et vide. Vidit ihesus nathanael venientē ad se: et dicit de eo. Ecce vere israhelita: in q̄ dolus non est. Dicit ei nathanael Vnde me nosti? Respondit ei ihesus et dixit ei. Priusq̄ te philippus vocaret cum esses sub ficu vidi te. Respōdit ei nathanael et ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex israhel. Respondit ihūs: ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: maiꝰ hijs videbis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis: videbitis celū aptum: et angl'os dei ascendētes ⁊ descendentes supꝫ filium hominis. ¶ Ca. .II.

Et die tercia nuptie factæ sūt in chana galilee: et erat mater ihū ibi. Vocatus ē aūt ⁊ ihesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater ihesu ad eū. Vinum nō habent. Et dicit ei ihesus. Quid mihi et tibi est mulier? nōdum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quēcūq̄ dixerit vobis facite. erant aūt ibi lapidee ydrie sex positæ secundū purificatiōnē iudeoꝝ: capientes singule metretas binas vl' ternas. Dicit eis ihūs. Impletæ ydrias aqua. Et impleuerūt eas usq̄ ad sūmū. Et dicit eis ihs. Haurite nūc: et ferte architriclino. Et tulerūt. Vt autem gustauit architriclinus aquā vinū factā et non sciebat vnde esset: mīstri aūt sciebant q̄ hauserāt aquā: vocat sponsū architriclinus et dicit ei. Omnis homo primū bonū vinum ponit: et cū inebriati fuerint tūc id qđ deterius ē: tu aūt seruasti bonum vinū usq̄adhuc. Hoc fecit inicīū signoꝝ ihesus in chana galilee: et manifestauit gl'iam suā: et crediderūt in eū discipuli eius. a. Post hoc descendit capharnaum ipe et mater eius. ⁊ fratres eiꝰ. et discipuli eius: ⁊ ibi mānserūt nō multis diebus. b. Et ꝓpe erat pascha iudeoꝝ: et ascendit ihs hierosolimā. c. et inuenit in templo vendētes boues ⁊ oues et colūbas. et nummularios sedētes. Et cū fecisset quasi flagellum de funiculis omēs eiecit de

templo: oues q̄z ⁊ boues. ⁊ nūmulariorū effudit es: ⁊ mensas subuertit. Et hijs qui colūbas vēdebant dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domū pr̄is mei domū negociatōis. d. Recordati sunt vero discipli eiꝰ. qz scriptū ē: zelꝰ domꝰ tue cōmedit me. e. Respōderūt ergo iudei et dixerunt ei. Qđ signū ondis nob qz hec facis? f. Respōdit ihūs: et dixit eis. Soluite tēplū hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt q̄ iudei. Quadragīta ⁊ sex ānis edificatū ē tēplū hoc. et tu in trib̄ diebꝫ excitabis illud? Ille aūt dicebat de tēplo corporis sui. Cuz q̄ resurrexisset a mortuis. recordati sūt discipuli eiꝰ qz hoc dicebat de corpore suo et crediderūt scripture: et sermoni quē dixit ihesus. Cuz aūt esset hierosolimis in pascha in die festo: multi crediderūt in nomīe eiꝰ videntes signa eiꝰ q̄ faciebat. Ipe aūt ihs nō credebat semetipm eis: eo q̄ ipe nosset omēs: ⁊ qz opꝰ ei non erat. vt q̄s testimoniū phiberet de homine. Ipe em̄ sciebat q̄d esset in hoīe. ¶ Ca. .III.

Erat aūt hō ex phariseis. nicodemus nomine: pnceps iudeoꝝ. Hic veīt ad ihesuz nocte: et dixit ei. Rabbi: scimꝰ qz a deo venisti magister. Nemo potest enim hec signa facē q̄ tu facis: nisi fuerit deus cū eo. Respōdit ihesus: ⁊ dixit ei. Amen amē dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit denuo: non potest videre regnuz dei. Dicit ad eum nicodemus Quō potest hō nasci cū sit senex? Nūq̄d potest in ventrē matris sue iterato introire et renasci? Respondit ihesus. Amen amē dico tibi: nisi q̄s renatꝰ fuerit ex aq̄ et spū sācto: nō pt introire in regnū dei. Qđ natū ē ex carne caro ē: ⁊ qđ natū ē ex spū spūs ē. Nō mireris qz dixi tibi: oz vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat: ⁊ vocez eiꝰ audis: sed nescis vnde veniat aut q̄ vadat. Sic ē omis q̄ natus ē ex spū. Respondit nicodēꝰ: et dixit ei. Quō pōt hec fieri? Respondit ihs: ⁊ dixit ei. Tu es mgr̄ in isrl' ⁊ hec ignoras? Amen amē dico tibi: qz qđ scimꝰ loq̄mur. ⁊ qđ vidimꝰ testamur: ⁊ testiōiū nr̄m n̄ accipitis. Si terrena dixi vob et n̄ creditis. quō si dixēo vob celestia credetis? Et

.a. Jo. xix. Mt̄ xix.

i
.b. Jo. xx. Mc. cclxxiiij. Mr̄. clvj. Lu. cclx.

i
.c. Jo. xxj. Mt̄ ccxj. Mr̄. cxxj. Lu. ccxxxviij.

r
.d. Jo. xxij.

iiij
.e. Jo. xxiiij. Mt̄. clxj. Mr̄. lxxvij.

r
.f. Jo. xxiiij.

nemo aſcendit in celum niſi q̄ deſcendit de celo: fili⁹ homīs q̄ eſt ī celo. Et ſicut moyſes exaltauit ꝑpentē in deſto. ita exaltari oportet filiū hominis: vt omnis q̄ credit ī ipo nō pereat: ſed habeat vitam eternā. Sic em̄ deus dilexit mundū vt filiū ſuū vnigenitū darz: vt oīs q̄ credit in euz nō pereat: ſed habeat vitā eternaz. Non em̄ miſit de⁹ filium ſuū in mundū vt iudicet mundū: ſed vt ſaluetur mundus ꝑ ipm. Qui credit in eū nō iudicat. Qui aūt nō credit iā iudicatus ē: qz nō credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc ē aūt iudiciū: quia lux venit in mundū: et dilexerūt homines magis tenebras q̄ lucē. Erāt em̄ eoz mala opa. Omnis em̄ q̄ male agit odit lucē: ⁊ nō venit ad lucē: vt nō arguant opa eius. Qui autez facit veritatē venit ad lucē vt manifestent opa eius: qz in deo ſūt facta.

iiij
.a. Jo. xxv.
Mt. vij. Lu. vj

iiij
.b. Jo. xxvj.
Mt. xviij. Mr. viij.

x
.c. Jo. xxvij.

Poſt hec venit ihesus ad diſcipulos et diſcipli eī⁹ in iudeā terram: et illic demorabat cuz eis et baptizabat. a. Erat aūt ⁊ iohānes baptizās ī enon iuxta ſalim: qz aque mlte erāt illic. ⁊ veniebāt et baptizabant. b. Nōdū em̄ miſſus fuerat iohānes ī carcerem. c. Facta ē aūt q̄ſtio ex diſcipulis iohānis cū iudeis de purificatōe. Et venit ad iohānē: ⁊ dixerūt ei. Rabbi: q̄ erat tecuz trās iordanē. cui tu teſtimoniū ꝑhibuiſti: ecce hic baptizat: et oīes veniūt ad eū. Reſpōdit iohānes et dixit. Nō poteſt hō accipe q̄cq̄: niſi fuerit ei datū de celo. d. Ipſi vos mihi testimoniū ꝑhibetis q̄ dixerim. nō ſū ego xp̄us: ſ̄ qz miſſus ſuz ante illū. e. Qui habet ſpōſam ſponſus ē: amic⁹ aūt ſpōſi q̄ ſtat et audit eū. gaudio gaudet ꝓp̄ vocē ſpōſi. Iste boc g̃ gaudiuz meū ipletuz ē. Illum oportet creſcere: me aūt minui. Qui deſurſū venit ſup oīes eſt. Qui ē de terra de t̄ra ē ⁊ de t̄ra loq̄t: q̄ de celo venit ſup oīs ē. Et quod vidit ⁊ audiuit hoc teſtat: et teſtimoniū ei⁹ nemo accipit. Qui aūt accepit ei⁹ teſtimoniū ſignauit: qz de⁹ verax ē. Quez em̄ miſit de⁹. verba dei loquit. Nō em̄ ad mēſurā dat de⁹ ſpiritū. f. Pat diligit filiū: ⁊ oīa dedit ī manu ei⁹. g.

iiij
.f. Jo. xxx. Mt
xxj. Lu. xxix.

x
g. Jo. xxxj.

Qui credit ī filiū habz vitaz eternā: q̄ aūt īcredul⁹ ē filio. n̄ videbit vitā eternā: ſ̄ ira dei manz ſup eū. Ca. .IIII.

vij
.h. Jo. xxxij.
Mt. xix.

x
.i. Jo. xxxiij.

Et g̃ cognouit ihūs qz audierūt pharisei q̄ ihs plres diſcipulos facit ⁊ baptizat q̄ iohānes: quāq̄ ihūs n̄ baptizaret ſ̄ diſcipli ei⁹. h. rliqt iudeā ⁊ abijt iterū ī galileā. i. Oportebat aūt eū trnſire ꝑ ſamariā. Venit g̃ ī ciuitatē ſamarie q̄ dicit ſychar: iuxta pdiū qđ dedit iacob ioſeph filio ſuo. Erat aūt ibi fōs iacob. Ihs aūt fatigat⁹ ex itinē. ſedebat ſic ſup fōtē. Hora aūt erat q̄ſi ſexta Venit mlier ð ſamaria haurire aquā dicit ei ihūs. Da mihi bibē. Diſcipli em̄ ei⁹ abierāt ī ciuitatē vt cibos emerent. Dicit g̃ mlier illa ſamaritana. Quō tu iude⁹ cū ſis bibē a me poſſis: q̄ ſū mlier ſamaritana? Nō em̄ coutunt iudei ſamaritanis. Rñdit ihūs et dixit ei. Si ſcires donū dei. et q̄s ē q̄ dicit tibi da mihi bibere: tu forſitā petiſſes ab eo: ⁊ dediſſz tibi aquaz viuā. Dicit ei mlier. Dñe: neq̄ ī q̄ haurias habes: ⁊ puteus alt⁹ ē. Unde g̃ habes aquā viuā? Nūq̄d tu maior es patre nr̄o iacob q̄ dedit nob puteuz: et ipe ex eo bibit. ⁊ filij eius. et pecora ei⁹? Rñdit ihs: et dixit ei. Omnis q̄ bibit ex aqua hac ſiciet iterū. Qui aūt biberit ex aq̄ quā ego dabo ei. nō ſiciet ietnū: ſ̄ aq̄ quā ego dabo ei. fiet ī eo fōs aque ſaliētis ī vitā eternā. dicit ad eū mlier. Dñe da mihi hāc aquā: vt nō ſitiā neq̄ veniā huc haurire. Dicit ei ihūs. Vade voca virū tuū: ⁊ veni huc. Rñdit mlier et dixit. Nō habeo virū. Dicit ei ihūs. Bñ dixiſti: qz nō habeo virū. Quīq̄ enī viros habuſti: et nūc quē habes n̄ ē tu⁹ vir. Hoc vere dixiſti. Dicit ei mlier. Dñe: video qz pha es tu. Patres nr̄i in mōte hoc adorauerūt: ⁊ vos dicitis qz hierosolimis ē locus vbi adorare oportet. Dicit ei ihesus. Mlier crede mihi: qz veniet hora qñ neq̄ ī mōte hoc neq̄ ī hieroſolimis adorabitis p̄em. Vos adoratis qđ neſcitis: nos adoram⁹ qđ ſcim⁹: qz ſal⁹ ex iudeis eſt. Sed venit hora ⁊ nūc ē: qñ veri adoratores adorabūt p̄em ī ſpū ⁊ veritate. Nā ⁊ p̄r tres q̄rit: q̄ adorēt eū. Spūs ē deus:

q eos q̄ adorāt eū ī spū q veritate oz adorare. Dicit ei mlier. Scio qz mes sias vēit: q̄ dicit xp̄us cū ḡ venerit: ille nob̄ ānūciabit omia. Dicit ei ihe sus. Ego suz: q̄ loq̄r tecū. Et ꝓtinuo venerūt discipli ei⁹: q mirabāt qz cuz mliere loq̄bat. Nemo tñ dixit: quid q̄ris aut q̄d loq̄ris cū ea. Reliquit ḡ ydriā suā mlier: q abijt ī ciuitatē: et dicit illis hoīb. Venite et videte hoiez q̄ dixit mihi omia q̄cunq; feci. Nūq̄d ipe ē xp̄us? Exierūt de ciuitate: et vēie bāt ad eū. Interea rogabāt eū discipli dicētes. Rabbi māduca. Ille aūt dixit eis. Ego cibū habeo māducare quē vos nescitis. Dicebāt ḡ discipli adinuicē. Nūq̄d aliq̄s attulit ei mā ducare? Dicit eis ihs. Meus cibus ē. vt faciaz volūtatem ei⁹ qui misit me: vt pficiā op⁹ eius. Nōne vos dicitis q adhuc q̄tuor mēses sūt q messis vēit? Ecce dico vob̄: leuate oculos vros et videte regiones: qz albe sūt iā ad messē Et q metit mercedē accipit et cōgre gat fructū ī vitā eternā: vt q seminat sil gaudeat q q̄ metit. In hoc ei ē vbū vex: qz alius ē q̄ semiat: q alius ē q̄ me tit. Ego misi vos metere: qd vos ñ la borastis. Alij laborauerūt: et vos ī la bores eox ītroistis. Ex ciuitate aūt illa mlti crediderūt ī eū samaritanox xp̄m vbū mlieris testimoniuz phibētis: qz dixit mihi omia q̄cunq; feci. Cū ve nissēt ḡ ad illū samaritani: rogaue rūt eū vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et mltoplēs crediderūt xp̄m ꝓmonē ei⁹. Et mlieri dicebāt: qz iaz ñ xp̄m tuā loq̄lā credim⁹. Ipi em audiuim⁹ q scim⁹: qz hic ē vere saluator mūdi. a. Post duos aūt dies exijt inde: q abijt ī galileā. b. Ipe em ihus testimoniū phibuit: qz xp̄ha in patria sua honorē ñ habet. c. Cū ḡ venisset ī galileā accepit eū galilei: cū omia vidissēt q̄ fecerat hierosolimis in die festo. Et ipi ei venerāt ad diē festuz. Venit ergo iterū ī chana galilee: vbi fecit aquā vinū. d. Et erat q̄dā regu lus cui⁹ fili⁹ īfirmabat capharnauz. Hic cū audisset qz ihs aduēiret a iu dea ī galileā abijt ad eum: q rogabat eū. vt descēdet q sanaret filiū ei⁹. Incipiebat ei mori. Dixit ḡ ihs ad euz.

vij
.a. Jo. xxxiiij. Mt. xix.

i
.b. Jo. xxxv. Mt cxlij. Mr. lj Lu. xxj.

x
.c. Jo. xxxvj.

iij
.d. Jo. xxxvij. Mt. lxviij. Lu. iv.

Nisi signa q prodigia videritis nō cre ditis. Dicit ad eū regul⁹. Dñe: descē de priusq̄ moriat filius me⁹. Dicit ei ihs. Vade: filius tuus vivit. Credidit hō moni quē dixit ei ihs: q ibat. Jā aut eo descēdente sui occurrerūt ei: q nūci auerūt dicētes: qz filius ei⁹ viueret. In trogabat ḡ horā ab eis ī q̄ melius ha buerit. Et dixerūt ei: qz heri hora se ptima reliqt eū febris. Cognouit ḡ pa ter qz illa hora erat ī q̄ dixit ei ihs fi lius tuus vivit: q credidit ipe: q dom⁹ ei⁹ tota. Hoc iterū scōm signū fecit ihs: cū venisset a iudea ī galileā. Ca. V.

i
Jo. xxxviij. Mt. lxx. Mr. x. Lu. xxxvij.

Post hec erat dies fest⁹ iudeo rū: q ascēdit ihus hierosolimā. Est aut hierosolimis pba tica piscina q̄ ꝯgmiat hebraice beth saida: q̄nq; portic⁹ habens. In hijs iacebat mltitudo magna lāguētiū ce corū q claudox aridox expectātiū aq̄ motū. Angl⁹ aut dñi descēdebat scōm tps ī piscinā: q mouebat aqua. Et q̄ pm⁹ descēdisset ī piscinā p⁹ motū aq̄ san⁹ fiebat a q̄cūq; detinebat infirmi tate. Erat aūt q̄dā hō ibi triginta et octo ānos habēs ī infirmitate sua. Hūc cū vidisset ihs iacētē: q ꝯgnouisset qz iā mltuz tps haberet dicit ei. Vis sanus fieri? Rñdit ei lāguid⁹. Dñe: hominē nō habeo vt cū turbata fue rit aqua mittat me ī piscinā. Dū ve nio em ego: alius añ me descēdit. Di cit ei ihs. Surge: tolle grabatū tuū q ābula. Et statī san⁹ fact⁹ ē hō ille: q sustulit grabatū suum q ambulabat. Erat aūt sabbatū ī die illo. Dicebāt ḡ iudei illi q̄ sanat⁹ fuerat. Sabbatū ē: nō licet tibi tollē grabatuz tuū. e. Rñdit eis. Qui me sanū fecit ille mi hi dixit: tolle grabatuz tuū q ābula. Interrogauerūt ḡ eum. Quis ē ille hō: q̄ dixit tibi tolle grabatū tuuz et ābula? Is aūt q̄ san⁹ fuerat effectus nesciebat q̄s esset. Ihs em declinauit a ꝯba ꝓstituta ī loco. Postea inuēit eū ihus ī tēplo: q dixit illi. Ecce san⁹ fact⁹ es: iā noli peccare. ne deterius tibi aliq̄d contigat. Abijt ille homo: et nūciauit iudeis qz ihus esset: q̄ fe cit eū sanū. Propter ea psequebant iudei ihm: qz hec faciebat ī sabbato. Ihus aut rñdit eis. Pr̄ me⁹ usq̄modo opat

r
.e. Jo. xxxix.

et ego operor. Propꝛea ergo magis qꝛebāt eū iudei interficere: quia nō soluz soluebat sabbatū: sed et patrez suum dicebat deū eqlez se faciēs deo. Respondit itaqz ihesus: et dixit eis. Amen amē dico vobis: ñ potest filiꝰ a se facere quicqꝗ: nisi qd viderit pꝛez facientē. Quecūqz em̄ fecerit ille: hec et filius similiter facit. Pater em̄ diligit filium. ⁊ oīa demonstrat ei. q̄ ipe facit: ⁊ maiora hijs ꝺmōstrabit ei opera vt vos miremī. Sicut eī pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic ⁊ filius quos vult viuificat. Neqz eniz pater iudicat quēqꝗ: sed omne iudicium dedit filio: vt oīes honorificent filiuz sicut honorificāt patrē. a. Qui non honorificat filium: nō honorificat patrem qui misit illum. b. Amen amen dico vob: quia q̄ ꝺbum meum audit ⁊ credit ei qui misit me: habet vitam eternam. Et in iudiciū nō venit: sed trāsiet a morte in vitā. Amē amen dico vobis: quia venit hora et nunc ē quādo mortui audient vocez filij dei: ⁊ qui audierint viuēt. Sicut em̄ pater habet vitam in semetipo: sic dedit et filio vitā habere in semetipo. Et potestatē dedit ei et iudiciuz facere: qꝛ filius homīs est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in q̄ omnes q̄ in monumētis sūt audient vocem filij dei: et ꝓcedent qui bona fecerūt in resurrectōz vite: q̄ vero mala egerūt in resurrectōnēz iudicij. Nō possū ego a meipo facere quicqꝗ. Sicut audio iudico: et iudiciū meum iustū est. c. quia nō quero voluntatē meā. sed voluntatem eius qui misit me patris. d. Si ego testimoniū perhibeo ꝺ me testimonium meū nō est verū. Aliꝰ est q̄ testimoniuz perhibet de me: et scio quia verum est testimonium eius qꝺ perhibet de me. Vos misistis ad iohannem: et testimoniū pꝛhibuit veritati. Ego aūt nō ab homine testimoniuz accipio: sed hec dico: vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucēs. Vos aūt voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego aī habeo testimonium maius iohāne. Opa em̄ q̄ dedit mihi pater vt pficiā

i
.a. Jo.xl. Mt. xcviij. Mar.xcvj. Lu.cxvj.

ꝛ
.b. Jo.xlj.

i
.c. Jo.xlij. Mt ccxcv. Mr.clxxvj. Lu.cclxxxij.

ꝛ
.d. Jo.xliij.

ea: ipsa opera que ego facio testimonium perhibēt de me: quia pater misit me. Et qui misit me pater ipe testimonium perhibuit de me. e. Neqz vocem eius vnq̄ audistis: neqz speciē eius vidistis. f. Et verbum eius non habetis in vobis manēs: quia quem misit ille huic vos nō creditis. Scrutamini scripturas: quia vos putatis in ipsis habere vitam eternam. Et ille sūt que testimoniū perhibēt ꝺ me: et nō vultis venire ad me vt vitā habeatis. Claritatē ab hominibus non accipio: sed ꝓgnoui vos: qꝛ dilectōnē dei nō habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei: et nō accepistis me. Si alius venerit in nomine suo. illuz accipietis. Quomodo vos potestis credere q̄ gloriam abinuicem accipitis: et gloriaz q̄ a solo deo est nō queritis? Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud patrez. Est q̄ vos accusat: moyses ī quo vos speratis. Si eī crederetis moysi: crederetis forsitan et mihi. De me em̄ ille scripsit. Si aūt illius litteris nō creditis: quō meis verbis creditis.

iij
.e. Jo.xliiij. Mt.cxij. Lu.cxix.

ꝛ
.f. Jo.xlv.

Capitulum. .VI.

Post hec abijt ihesus trās mare galilee: quod ē tyberiadis Et sequebatur eum multitudo magna: quia videbant signa que faciebat sup hijs qui infirmabāt. g. Subijt ergo in montez ihesus: et ibi sedebat cū discipulis suis. h. Erat aūt pxīmum pascha: dies festus iudeorum. i. Cum subleuasset oculos ihesus. et vidisset qꝛ multitudo maxima venit ad eum: dicit ad philippuz. Unde ememus panes vt manducent hij? Hoc aūt dicebat temptans eum. Ipse eniz sciebat quid esset facturꝰ. Respondit ei philippus. Ducentoruz denariorum panes ñ sufficiunt eis: vt vnusquisqz modicum quid accipiat. dicit ei vnus ex discipulis eiꝰ andreas frater simonis petri. Est puer vnus hic: qui habet quinqz panes ordeaceos et duos pisces. Sed hec qd sunt inter tantos? Dicit ergo ihesus

i
Jo.xlvj. Mt.xiiij. Mr.xxvij. Lu.xlv. et xvij et.xxxviij.

iij
.g. Jo.xlvij. Mt cxlvj. Lu.xcij.

i
.h. Jo xlviij. Mt.cclxxxiij Mr.clvj. Lu. cclx.

i
.i. Jo.xlix. Mt cxlvij. Mr.lx xiij. Lu.xciij.

Facite boīes discūbere. Erat aī fenū multū ī loco. Discubuerī g̃ viri. numero q̃si q̃nq; milia. Accepit g̃ ihūs panes: ⁊ cū gracias egisset distribuit discūbentibꝫ. Similiter ⁊ ex piscibus quātū volebāt. Ut aūt impleti sūt: dixit discipl'is suis. Colligite q̃ supauerūt fragmēta ne pereāt. Collegerūt g̃ ⁊ impleuerūt duodecī cophinos fragmentoꝝ ex q̃nq; panibꝫ ordeaceis et duobꝫ piscibꝫ: que supfuerūt bijs qui māducauerāt. a. Illi g̃ boīes cum vidissēt qđ fecerat signū dicebāt. Quia h̄ est vere ꝓpheta: qui venturus est in mundū. Ihūs g̃ cū ꝯgnouisset qꝝ venturi essent vt raperent eū et facerent eum regem: fugit itēꝝ in montē ipse solus. b. Ut autē sero factū est: descenderunt discipuli eius ad mare. Et cū ascendissent nauim: venerunt trans mare in capharnaū. Et tenebre iam facte erant: ⁊ non venerat ad eos ihs Mare aūt vēto magno flante exurgebat. Cum remigassent g̃ quasi stadia vigintiq̃nq; aut triginta: vidēt ihūm ambulantē supra mare. ⁊ ꝓximū nauī fierī: ⁊ timuerūt. Ille aūt dicit eis Ego sum: nolite timere. Voluerūt g̃ accipere eum in nauim: ⁊ statim nauis fuit ad terrā quā ibant. c. Altera die turba que stabat trans mare. vidit quia nauicula alia ñ erat ibi nisi vna: ⁊ qꝝ non introisset cū discipulis suis ihūs in nauim: sed soli discipuli eius abissent. Alie vero supuenerunt naues a tyberiade iuxta locū vbi māducauerāt panē: gracias agētes deo. Cū g̃ vidisset turba quia ihūs nō essꝫ ibi neq; discipuli eius ascenderunt in nauiculas: ⁊ venerūt capharnaū querentes ihm. Et cū inuenissent eū trās mare: dixerūt ei. Rabbi. quando huc venisti? Rñdit eis ihs: ⁊ dixit. Amen amen dico vobis: q̃ritis me non quia vidistis signa. sꝫ quia māducastis ex panibꝫ: et saturati estis. Operamī nō cibū qui perit: sꝫ q̃ ꝓmanet ī vitā eī nā: quē filius homīs dabit vobꝫ. Hūc em̃ pater signauit deus. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciemus: vt operemur opa dei? Respondit ihūs: ⁊ dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis in eum quē misit ille. d. Dixerūt g̃ ei. Qđ ergo tu facis signū: vt videam⁹ ⁊ credamus tibi? Quid operaris. e. Patres nr̄i māducauerūt māna in deserto: sic̄ scriptū est: Panē de celo dedit eis māducare. Dixit ergo eis ihūs. Amen amen dico vobis: non moyses dedit vob̄ panē de celo: sed pater meus dat vobis panē de celo verum. Panis eī verus est qui de celo descendit: et dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eū Domine semper da nobis panē hūc. f. Dixit aūt eis ihūs. Ego sū panis vite. Qui venit ad me nō esuriet: et qui credit in me nō siciet vnq̃. Sed dixi vobis: qꝝ ⁊ vidistis me: ⁊ nō credidistis. g. Omne qđ dat mihi pater ad me veniet: ⁊ eū q̃ venit ad me ñ eiciā foras. h. qꝝ descendi de celo nō vt faciā volūtatē meā sꝫ volūtatē eius qui misit me. i. Hec est em̃ voluntas ei⁹ q̃ misit me pr̄is: vt oñe qđ dedit mihi nō pdā ex eo: sed resuscitē illud ī nouissimo die. Hec est em̃ volūtas pr̄is mei q̃ misit me: vt oñis q̃ videt filiū ⁊ credit ī eū habeat vitā eternā: ⁊ ego r̄suscitabo eū ī nouissimo die. k. Murmurabāt g̃ iudei de illo. quia dixisset ego sū panis viuus: q̃ de celo descēdi Et dicebāt. Nōne h̄ ē fili⁹ ioseph cui⁹ nos nouimus patrē et matrē? Quomodo ergo dicit h̄. qꝝ de celo descendi. l. Respondit ergo ihūs: ⁊ dixit eis. Nolite murmurare ītinuicem. Nemo potest venire ad me: nisi pater q̃ misit me traxerit eū: ⁊ ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum ī ꝓphetis. Erunt omnes docibiles dei. Oñis q̃ audiuit a patre ⁊ didicit venit ad me. m. Non qꝝ patrē vidit q̃squā: nisi is q̃ ē a deo: h̄ vidit patrē. n. Amen amen dico vobis: q̃ credit in me habet vitā eternā. o. Ego sum panis vite. p. Patres vestri māducauerūt māna ī deserto: ⁊ mortui sūt. Hic est panis de celo descendēs: vt si quis ex ipo manducauerit nō moriat. q. Ego sum panis viuus: qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum Et panis quē ego dabo caro mea est: ꝓ mundi vita. r. Litigabant ergo iudei adinuicem dicētes. Quomodo potest h̄ nob̄ carnem suam dare ad manducandū?

a. Jo. l.

b. Jo. lj. Mt. cl. Mr. lxvij.

c. Jo. lij.

d. Jo. lvij. Mt lxj. Mr. lxxvij

e. Jo. lvij.

f. Jo. lv. Mat cclxxxiiij. Mr. clxv. Lu. cclxvj.

g. Jo. lvj.

h. Jo lvij Mt ccxcv. Mr. clxxvj. Lu. cclxxxij.

i. Jo. lvuij.

k. Jo. lix. Mt cxlj. Mr. l. Lu xix.

l. Joh. lx.

m. Jo. lxj Mt cxij. Lu. cxix.

n. Jo. lxij.

o. Jo. lxiij Mt cclxxxiiij. Mr. clxv. Lu. cclxvj.

p. Jo. lxuij.

q. Jo. lxv Mt cclxxxiiij. Mr. clxv Lu cclxvj

r. Jo. lxvj.

Dixit g̃ eis ihs. Amen amē dico vobis: nisi māducaueritis carnem filij hoīs ⁊ biberitis eiꝰ sanguinē: nō habebitis vitam in vob. Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meū sāguinē. habz vitā eternā. ⁊ ego resuscitabo eū in nouissimo die. a. Caro eī mea vere ē cibꝰ: ⁊ sāguis meus vere ē potus. b. Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meum sāguinē: in me manet. ⁊ ego in illo Sicut misit me viuēs pater ⁊ ego viuo ꝓpter patrē: ⁊ qui māducat me et ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis qui de celo descendit. Nō sicut māducauerūt patres vestri māna: ⁊ mortui sūt. Qui manducat hūc panem: viuet inetернū. Hec dixit in sỹnagoga docēs. in capharnaū. Multi g̃ audientes ex discipl'is eiꝰ. Dixerūt durus est h̄ sermo. Et quis potest eū audire: Sciens aūt ihs apud semetipm qz murmurarēt de hoc discipuli eius. dixit eis. Hoc vos scandalizat. c. Si g̃ videritis filiū hoīs ascēdentem vbi erat prius. d. Spiritus ē q̃ viuificat caro nō ꝓdest q̃cq̃. e. Verba que ego locutus sum vob: spūs ⁊ vita sūt. Sz sūt q̃dā ex vob q̃ nō credūt. f. Sciebat enim ab inicio ihs qui essent credentes: ⁊ quis traditurꝰ esset eū. g. Et dicebat. Propterea dixi vob: qz nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datū a patre meo. Ex hoc multi discipuloz eiꝰ abierūt retro: ⁊ iam nō cū illo ambulabāt. Dixit g̃ ihs ad duodecim. Numq̃d ⁊ vos vultis abire. h. Rñdit g̃ ei sỹmō petrus. Dñe: ad quē ibimus: Verba vite eterne habes. Et nos credimus ⁊ cognouimꝰ: qz tu es xp̄c filiꝰ dei. i. Respondit ei ihs. Nonne ego vos duodecim elegi: et ex vob vnus dy̆abolꝰ est: Dicebat aūt de iuda sỹmonis Scariothis. Hic eī erat traditurꝰ eū cū esset vnꝰ ex duodecī.

i
.a. Joh. lxvij.
Mt. cclxxxiiij.
Mr. clxv. Lu.
cclxvj. r
.b. Joh. lxviij.

i
c. Jo. lxix. Mt
ccc. Mar. cc
xcj Lu. ccxcviij
iiij
.d. Jo. lxx. Mt
ccxcviij. Mr. cl
xxviij. r
.e. Jo. lxxj.
iiij
.f. Jo lxxij Mt
cclxxix. Mar.
clxj. r
.g. Jo. lxxiij.
j
.h. Jo. lxxiiij.
Mt. clxvj. Mr
lxxxij. Lu. xc
iiij. r
.i. Jo. lxxv.

¶ Capitulū. VII.

Post hec autez ambulabat ihs in galileam. Non enim volebat in iudeā ambulare: qz q̃rebāt eū iudei interficere. Erat autē in proximo dies festus iudeoꝝ sceno phegia. Dixerunt autem ad eū frēs eius. Transi hinc in iudeam: vt et discipuli tui videāt opera tua q̃ facis. Nemo quippe ī occulto q̃d facit: ⁊ querit ipe in palā esse. Si hec facis manifesta tēipm mūdo. Neqz em̃ fratres eius credebāt ī eum. Dicit g̃ eis ihs. Tēpus meū nōdū aduenit: tēpus aūt vr̄m semp ē paratū. Nō potest mūdꝰ odisse vos. Me autē odit: qz ego testimoniū ꝓhibeo de illo: qz opa eiꝰ mala sūt. Vos ascēdite ad diē festū hūc. Ego nō ascendā ad diē festū istū: qz meū tp̄us nōdū impletū est. Hec cuz dixisset: ipe mansit in galilea. Vt aūt ascenderūt frēs eiꝰ. tūc et ipe ascēdit ad diē festū non manifeste: sed q̃si in occulto. Judei g̃ querebāt eum ī die festo: ⁊ dicebant. Vbi est ille: Et murmur multus de eo erat ī turba. Quidam eī dicebāt qz bonꝰ ē: alij dicebāt nō: sz seducit turbas. Nemo tñ palaz loq̃bat d̃ illo: ꝓpter metū iudeoꝝ. Jā aūt die festo mediāte: ascendit ihus in templū ⁊ docebat. Et mirabantur iudei dicentes. Quō h̄ lr̄as scit cū nō didicerit: Rñdit eis ihs: ⁊ dixit. Mea doctrina nō est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina. vtrum ex deo sit: an ego a meipo loquar. Qui a semetipo loquit̃ gloziaz ꝓpriā querit. Qui aūt querit gloziaz eius qui misit eū. h̄ verax est: ⁊ iniusticia in illo non est. Nonne moyses dedit vobis legem: Et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere: Rñdit turba et dixit. Demoniū habes. Quis te querit interficē: Rñdit ihs: ⁊ dixit eis. Vnū opꝰ feci: ⁊ omnes miramini. Propterea moyses dedit vob circūcisionē: non qz ex moyse ē: sz ex pribꝰ. Et in sabbato circūcidit hominē. Si circūcisionem accipit hō in sabbato vt nō soluatur lex moysi: mihi indignamī qz totum hoīez sanū feci in sabbato. Nolite iudicare scd̃m faciē: sz iustū iudiciū iudicate. Dicebant g̃ q̃dā ex hierosolimis. Nōne h̄ ē quē q̃rūt interficē: Ecce palā loquit̃: ⁊ nihil ei dicūt. Nūq̃d vere cognouerūt p̃ncipes qz h̄ est xp̄c: Sed hunc scimus vnde sit. xp̄c aūtez cū venerit: nemo scit vnde sit. k. Clamabat g̃ ihs in templo docens et dicens. Et me scitis. ⁊ vnde sim scitis: ⁊

iij
.k. Joh. lxxvj.
Mt. cxij. Luce
cxix.

a meipo nō veni: sed ē verus q̄ misit me quē vos nescitis. Ego scio eū: q̄ si dixero q̄ nescio eū: ero similis vobis mēdax. Et ego scio eū: q̄ ab ipo sū q̄ ipe me misit. a. Querebāt g̊ eū apphēdere: q̄ nemo misit ī illū manū: q̄ nō dū venerat hora ei⁹. b. De turba aūt multi crediderūt ī eum. Et dicebāt. Xp̄c cū venerit: nūqd plura signa faciet q̄ hic facit? Audierūt pharisei turbā murmurātē de illo hec. c. q̄ miserunt pncipes q̄ pharisei mīstros vt apprehēderēt illm. d. Dixit g̊ eis ihūs Adhuc modicū tēpus vobiscū sum: q̄ vado ad eū qui me misit. e. Queretis me q̄ nō inuenietis: q̄ vbi sū ego vos non potestis venire. Dixerūt g̊ iudei ad semetipos. Quo hic iturus est. quia non inueniemus eum? Nunqd in dispersionē gentiū iturus est. et doctu-
rus gētes? Quis est hic sermo quē dixit. q̄retis me q̄ nō inuenietis: q̄ vbi sum ego vos non potestis venire? In nouissimo aūtē die magno festiuitatis stabat ihūs: q̄ clamabat dicēs. Si q̄s sitit: veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc aūtē dixit de spiritu: quem acceperi erant credentes in eū. Nondū enī erat spiritus datus: quia ihs nōdū erat glorificatus. f. Ex illa g̊ turba cum audissent hos sermones eius dicebant. Hic est vere pphēta. Alii dicebant. Hic est xp̄c. g. Quidā aūtē dicebant. Nūquid a galilea venit xp̄c. Nonne scriptura dicit: quia ex semīe dauid. q̄ de bethleem castello vbi erat dauid venit xp̄c. h. Dissensio itaq; facta est in turba pp̄ter eum. i. Quidam autem ex ipsis volebant apphendere eum: sed nemo misit super eū manus .k. Venerunt ergo ministri ad pontifices q̄ pharisēos: q̄ dixerunt eis illi. Quare nō adduxistis eum? Respōderunt ministri. Nunq̄ sic locutus est homo: sicut hic homo. Respōderunt g̊ eis pharisei. Nūquid q̄ vos seducti estis? Nūquid ex pncipib⁹ aliq̄s credidit in eū: aut ex pharisēis? Sed turba hec que nō nouit legē: maledicti sunt. Dixit nych̄odemus ad eos (ille qui venit ad eum nocte: qui vnus erat ex ipsis) Nunquid lex nostra iudicat hominem: nisi prius audierit ab ipso et cognouerit quid faciat? Respondert et dixerunt ei. Nunquid et tu galileus es? Scrutare scripturas et vide: quia a galilea propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisq; in domuz suam.

Capitulū. .VIII.

Ihesus autē pretit in montez oliueti: et diluculo iterum venit in templū et omnis populus venit ad eum: et sedens docebat eos. Adducunt ergo scribe q̄ pharisei mulierem deprehensam in adulterio et statuerunt eam in medio: q̄ dixert ei. Magister: hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autez moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu g̊ quid dicis? Hoc autē dicebant temptātes eum: vt possent accusare eum. Ihūs autē inclinās se deorsum: digito scribebat ī terra. Cū ergo perseuerarent interrogantes: erexit se q̄ dixit eis. Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidez mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terram. Audientes autē hec vnus post vnū exibant incipientes a senioribus: q̄ remansit solus ihūs: q̄ mulier in medio stans. Erigens autē se ihūs dixit ei. Mulier: vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condēnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit autem ihūs Nec ego te condēnabo. Vade: q̄ iā amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis ihūs dicens. Ego sū lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimoniū perhibes: testimonium tuum nō est verum. Respondit ihūs: et dixit eis. Etsi ego testimoniū perhibeo de meipso. verum est testimonium meū: quia scio vnde veni et q̄ vado. Vos aūt nescitis vnde venio aut quo vado. Vos autem secundum carnez iudicatis: ego nō iudico quēquā. Etsi iudico ego. iudiciū meū verum est: quia solus non sum . sed et ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est. Ego

i
.a. Jo. lxxv. ij Mt. ccxx. Mr. cxxix. Lu. cclxj. q̄. ccxlij. x
.b. Jo. lxxvij. i
.c. Joh. lxxix. Mt. ccc. Mr. c lxxxj. Lu. cclx xv. x
.d. Joh. lxxx. x
.e. Jo. lxxxj.
vij
.f. Joh. lxxxij. Mt. cxx.
vij
.g. Jo. lxxxiij. Math. v.
x
.h. Jo. lxxxiiij i
.i. Joh. lxxxv. Mt. ccxx. Mr. cxxix. Lu. cclxlij. x
.k. Jo. lxxxvj.

ūij
.a. Jo. lxxxvij
Mt.cxij.Luce
cxix. j .
.b. Jo lxxxviij
Mt.ccxx.Mt.
cxxix.et.cxxij.
Lu.ccxxxix.et
ccxlij.et.cclxj.
x
.c. Jo.lxxxix.

sum qui testimoniū phibeo ō meipo:
ꝛ testimoniū phibet ō me q̄ misit me
pater. Dicebāt g̃ ei. Vbi est pater tu
us.a. Rñdit ihs. Neq; me scitis:neq;
patrē meū. Si me sciretis:forsitan ꝛ
patrē meū sciretis.b. Hec vba locut⁹
ē ihs in gazophilacō:docēs in tēplo.
Et nemo apphēdit eū:q̄ necdū vene
rat hora ei⁹.c. Dixit g̃ itērū eis ihs.
Ego vado:ꝛ q̄retis me:ꝛ in pc̄o vr̄o
moriemini. Quo ego vado.vos ñ po
testis venire. Dicebāt g̃ iudei. Nūq̄d
inferet semetipm:q̄ dicit q̄ ego va
do vos ñ potestis venire: Et dicebat
eis. Vos de deorsū estis ego de supnis
sū. Vos de mūdo hoc estis.ego nō sum
de hoc mundo. Dixi g̃ vob: q̄ morie
mini in peccatis vr̄is. Si em̄ nō cre
deritis q̄ ego sū:moriemī ī peccato
vr̄o. Dicebāt g̃ ei. Tu quis es: Dicit
eis ihs. Principiū:q̄ ꝛ loquor vobis.
Multa habeo ō vobis loq̄ ꝛ iudicaē:
sed qui me misit verax ē :ꝛ ego q̄ au
diui ab eo hec loquor ī mūdo. Et nō
cognouerūt:q̄ patrē ei⁹ dicebat deū.
Dixit g̃ eis ihs. Cū exaltaueritis fili
um hoīs tūc cognoscetis q̄ ego sum:
ꝛ a meipo facio nihil:sz sic̄ docuit me
pater hec loquor. Et q̄ me misit mecū
est:ꝛ nō reliq̄t me solū: q̄ ego q̄ pla
cita sunt ei facio semp. Hec illo loq̄n
te:multi crediderūt in eū. Dicebat g̃
ihs ad eos.q̄ credierūt ei iudeos. Si
vos manseritis in ꝑmone meo. vere
discipuli mei eritis:ꝛ cognoscetis ve
ritatē:ꝛ veritas liberabit vos. Rñde
rūt g̃ ei iudei. Semen abrahe sumus
ꝛ nemini ꝓuiuim⁹ vnq̄. Quō tu dicis
liberi eritis: Rñdit eis ihs. Amē amē
dico vobis:quia om̄is q̄ facit pecca
tum seruus est peccati. Seruus aūt
non manet in domo inetern̄uz:filius
manet inetern̄ū. Si g̃ vos filius libe
rauerit:vere liberi eritis. Scio quia
filij abrahe estis: sed queritis me in
terficere:quia sermo meus nō capit
in vobis. Ego qō vidi apud patrē lo
quor:et q̄ vidistis apud patrē vestrū
facitis. Respondert ꝛ dixerūt ei. Pa
ter noster abrahaz est. Dicit eis ihs.
Si filij abrahe estis:opa abrahe faci
te. Nūc aūt queritis me interficē:ho
minē qui veritatem vobis locut⁹ sū:
quā audiui a deo. Hoc abrahā nō fe
cit. Vos facitis opa patris vr̄i. Dixe
runt itaq; ei. Nos ex fornicacōe non
sumus nati. Vnū patrē habem⁹ deū.
Dixit g̃ eis ihs. Si deus pater vester
esset. Diligeretis vtiq; me. Ego eī ex
deo pcessi ꝛ veni. Neq; eī a meipo ve
ni:sed ille me misit. Quare loquelam
meā nō cognoscitis: Quia non pote
stis audire sermonē meū. Vos ex pa
tre dyabolo estis: et desideria patris
vr̄i vultis facere. Ille homicida erat
ab inicio:ꝛ in veritate non stetit:q̄
nō est veritas in eo. Cum loquit̄ mē
datiū.ex ꝓprijs loquit̄:quia mendax
est ꝛ pater eius. Ego autem quia ve
ritatem dico:nō creditis mihi. Quis
ex vobis arguet me ō peccato: Si ve
ritatem dico: quare vos nō creditis
mihi: Qui ē ex deo : verba dei audit.
Propterea vos non auditis:quia ex
deo non estis. Rñderunt g̃ iudei:ꝛ di
xerūt ei. Nōne benedicim⁹ nos.quia
samaritan⁹ es tu.ꝛ demoniū habes:
Rñdit ihs. Ego demonium non ha
beo:sed honorifico patrem meum:ꝛ
vos inhonorastis me. Ego autē non
quero gloriam meā. Est qui querat
ꝛ iudicet. Amen amen dico vobis: si
quis ꝑmonē meū ꝓuauerit mortē nō
videbit inetern̄uz. Dixerunt g̃ iudei.
Nunc ꝯgnouimus quia demoniū ha
bes. Abraham mortu⁹ est ꝛ ꝓphete:et
tu dicis si quis ꝑmonē meū seruaue
rit non gustabit mortez inetern̄um:
Nunq̄d tu maior es patre nostro a
braham q̄ mortu⁹ est: Et ꝓphete mor
tui sunt. Quem teipsuz facis: Rñdit
ihs. Si ego glorifico meipm. gloria
mea nihil est. Est pater me⁹ q̄ glorifi
cat me:quē vos dicitis q̄ de⁹ noster ē
ꝛ nō ꝯgnouistis eū. Ego aūt noui eū.
Etsi dixero q̄ nō scio eū:ero silis vo
bis mēdax. Sz scio eū:ꝛ ꝑmonē eius
ꝓuo. Abrahā pr̄ vr̄ exultauit vt vide
ret diē meū:ꝛ vidit:ꝛ gauisus ē. Dix
erūt g̃ iudei ad eū. Quinq̄ginta ānos
nōdū habes:et abrahā vidisti: Dixit
eis ihs. Amen amen dico vob:ꝑante
q̄ abrahā fieret ego sū. Tulerūt g̃ la
pides vt iacerēt in eū. Ihs aūt absco
dit se:et exiuit de tēplo.

Capitulū. .IX.

ix Ju. ccxix. Lu. xxx. Postea manifestauit se iterum ihesus ad mare tyberiadis. Manifestauit autem sic. Erāt simul symon petrus ⁊ thomas qui dicitur didimus et nathanael qui erat a chana galilee: et filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis symō petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus ⁊ nos tecum Et exierūt ⁊ ascenderunt in nauim: et illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto stetit ihūs in litore: non tamē cognouerunt discipuli quia ihūs ē. Dicit ergo eis ihūs. Pueri: nunquid pulmentarium habetis: Responderūt ei Non. Dicit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: et inuenietis. Miserunt ergo: et iam non valebant illud trahere pre multitudine piscium. r .b. Jo. ccxx Dicit ergo discipulus ille quē diligebat ihūs petro. Dominus est. Simon petrus cum audisset quia dñs est. tunica succinxit se (erat em̄ nudus) ⁊ misit se in mare. Alij aūt discipuli nauigio venerunt. Non em̄ longe erāt a terra: sed quasi cubitis ducētis trahentes rete piscium. ix .c. Joh. ccxxj. Lu. cccxlj. Ut ergo descenderunt in terrā viderunt prunas positas. ⁊ piscem suppositum ⁊ panem. ix .d. Jo. ccxxij. Dicit eis ihūs. Afferte de piscibus qs prendidistis nunc. Ascendit symō petrus et traxit rete in terrā: plenum magnis piscibus centūqnquagintatribus. Et cum tanti essent: non est scissum rete. ix .e. Jo. ccxxviij. Lu. cccxlij. Dicit ei ihūs. Venite prandete. r .f. Jo. ccxxiiij. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum tu quis es: scientes quia dominus est. ix .g. Jo. ccxx Lu. cccxlj. Et venit ihūs ⁊ accepit panem ⁊ dabat eis: et piscē similiter. ix .h. Jo. ccxxv Hoc iam tercio manifestatus est ihūs discipulis suis: cū resurrexisset a mortuis. Cum g̃ prandissent. ix .i. Jo. ccxxvij Lu. cclxxiij. i. dixit symoni petro ihesus. Simon iohānis diligis me pl⁹ hijs: Dicit ei. Etiam domine tu scis: quia amo te. ix .k. Jo. ccxxviij Luc. cclxxiij. k. Dicit ei. Pasce agnos meos. r .l. Jo. ccxxix. l. Dicit iterū. Simon iohānis diligis me: Ait illi. Etiā domine tu scis quia amo te. Dicit ei iterum. Pasce agnos meos. r .m. Jo. ccxxx. m. Dicit ei tercio. Simō iohānis amas me: Contristatus ē petrus quia dixit ei tercio amas me: ⁊ dicit ei. Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. ix .n. Jo. ccxxxj Lu. cclxxiij. n. Dicit ei. Pasce oues meas. r .o. Jo. ccxxxij .o. Amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te: ⁊ ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris extendes manus tuas: et alius te cinget ⁊ ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit: significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus vidit illum discipulum quem diligebat ihūs sequentē: qui ⁊ recubuit in cena super pectus eius ⁊ dixit: domine quis est qui tradet te: Hunc g̃ cum vidisset petrus: dicit ihu. Domine: hic autem quid: Dicit ei ihūs. Sic eum volo manere: donec veniam. Quid ad te: Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres: quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei ihūs ñ moritur: sed sic eum volo manere donec veniam: quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de hijs: ⁊ scripsit hec. Et scimus: quia verum est testimonium eius. Sunt autem et alia multa que fecit ihūs: que si scribantur p singula nec ipm arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

Explicit euangelium secundum Johannem.

Incipit prefatō ſancti hieronimi in oñes epiſtolas ſancti pauli.

PRimum queritur : quare poſt euangelia que ſupplementū legis ſūt.et in quibus nobis exempla ⁊ precepta viuendi pleniſſime digeſta ſūt:voluerit apoſtolus has epiſtōlas ad ſingulas eccleſias deſtinare:Hac aūt cauſa factum videt̄ : vt ſcilicet inicia naſcētis eccleſie nouis cauſis exiſtentibꝫ p̄ueniret :et vt p̄ſentia atq; oriētia reſecaret vicia:et poſt futuras excluderet queſtiones:exemplo p̄phetaꝝ.qui poſt editam legem moyſi in qua oñia dei mandata legebantur.nihilominus tñ doctrina ſua rediuiua ſemp populi ꝓpreſſere peccata:⁊ p̄ter exemplū viuendi libros ad noſtram etiā memoriā tranſmiſerunt. Deinde queritur:cur nō ampliuſq; decem epiſtolas ad eccleſias ſcripſerit:Decez ſūt em̄ cū ea que dicit̄ ad hebreos :nā reliquę quatuor ad diſcipulos ſpecialiter ſūt porrecte.Et oſtenderet nouū non diſcrepare a veteri teſtamento.et ſe contra legem nō facere moyſi:ad numeꝝ primoꝝ decalogi mādatoꝝ ſuas epiſtolas ōſtinauit:⁊ quot ille preceptis a pharaone inſtituit liberatos:totidez epiſtolis a dyaboli ⁊ ydolatrie ſeruitute edocet acquiſitos.Nā ⁊ duas tabulas lapideas.duorū teſtamētoꝝ figuraz habuiſſe.viri eruditiſſimi ēdiderunt.Epiſtolam ſane que ad hebreos ſcribitur quidam pauli non eſſe affirmant.eoq; non ſit eius nomine titulata.⁊ p̄ter ſermonis ſtiliq; diſtātiam: ſed aut barnabe iuxta tertullianum aut luce iuxta quoſdā:vel certe clementis diſcipuli apoſtolorum et epiſcopi romane eccleſie poſt apoſtolos ordinati.Quibꝫ reſpōdendū eſt:ſi p̄terea pauli non erit quia eius non habet nomen:g̊ nec alicuius erit: qz nullius nomine titulatur .Qđ ſi incōueniens abſurdumq; eſt: ipius magis eſſe credēda eſt que tanto doctrine ſue fulget eloq̄o .Sed qm̄ apud hebreoꝝ eccleſias quaſi deſtructor legis falſa ſuſpitione habebat̄:voluit tacito nomine de figuris legis:et veritate xp̄i reddere ratōem:ne odium nominis.frontē p̄lati.vtilitatē excluderet lectōis.Non eſt ſane mirū ſi eloquentior videat̄ in p̄rio.id eſt hebreo q̄ in peregrino id ē in greco :q̄ cetere epl̄e ſunt ſcripte ſermone.Mouet etiā quoſdaz quare romanorū epiſtola in p̄mo ſit poſita: cum eam nō primo ſcriptā ratō manifeſtet.Nam hanc ſe p̄ficiſcentē hieroſolimā ſcripſiſſe teſtatur:cū corinthios ⁊ alios iā ante vt miſteriuz quod ſecū portatur erat colligerent l̄ris adhortat̄ ſit .Ex inde intelligi quidaz volunt ita omnes epiſtolas ordinatas:vt p̄ma poneretur q̄uis poſterior fuerit deſtinata vt p ſingulas epiſtolas gradibꝫ ad p̄fectōra veniret̄.Romanorū nāq; pleriq; tam rudes erant. vt nō intelligerent dei ſe gracia.et nō ſuis meritis eſſe ſaluatos:et ob hoc duo inter ſe p̄lī cōflictarēt. Idcirco illos īdigere aſſerit correxi :vicia gentilitatis priora ꝓmemorās. Corinthijs aūt iam dicit ſcientie gr̄az eſſe ꝓceſſam:et non tā omnes increpat :q̄ cur peccantes increpauerūt reprehendit ſicut ait.Audit̄ inter vos fornicatō.Et itez. Congregatis vob cum meo ſpiritu :tradere huiuſcemodi ſathane . In ſecunda vero laudant̄:et vt magis ac magis p̄ficiāt cōmonent̄ .Galathe vero iam nullius crimi nis arguunt̄ niſi hoc tantū.q̄ callidiſſimis pſeudo ap̄lis credidērūt.Epheſij ſane nulla rep̄henſione ſed multa laude ſunt digni:qz fidem ap̄licaz ſuauerunt.Philipēſes etiā multomagis collaudant̄:q̄ nec audire q̄dē falſos ap̄los voluerunt.Theſſalonicenſes nihilominus in duabꝫ epl̄is omni laude p̄ſequit̄ :eo q̄ nōſolū fidez incōcuſſam ſuauerint veritatis :ſz etiā in p̄ſecutōne ciuiū fuerint ꝓſtantes inuēti.Coloſenſes autem tales erant:vt cum ab ap̄lo viſi corporaliter non fuiſſent:hac laude digni haberentur.Etſi corpe inquit abſens ſum:ſed ſpiritu vobiſcū ſum gaudens .⁊ videns ordinez veſtrum.De hebreis vero quid dicendum ē.quoꝝ theſſalonicenſes qui plurimū laudati ſunt .imitatores facti eſſe dicunt̄:Sicut ipe ait.Et vos fratres imitatores facti eſtis eccleſiaꝝ dei.que ſunt in iudea:eadez em̄ paſſi eſtis et vos a cōtribulibꝫ veſtris: q̄ et illi a iudeis .Apud ipos quoq; hebreos eadem ꝓmemorat dicens.Nā et vinctis ꝓpaſſi eſtis:et rapinam bonoꝝ vr̄oꝝ cum gaudio ſuſcepiſtis:ꝓgnoſcētes vos habere melioꝛem et manentem ſubſtantiam.

Explicit plogus generalis in oñes epl'as.
¶ Incipit prologus specialis in epistolam ad romanos.

Romani sunt qui ex iudeis et gentibus crediderunt. Hij superba contentione volebant se altrutrũ supponere. Naz iudei dicebãt. Nos sumus populus dei. quos ab inicio dilexit et fouit: nos circũcisi ex genere abrahã. sãcta descẽdimus ex stirpe: ⁊ notus retro apud iudeã tantũ deus. Nos de egipto signis dei ⁊ virtutibz liberati mare sicco pertransiuimus pede: cuz inimicos nostros grauissimi fluctus inuoluerũt. Nobis pluit manna dominus in deserto: et quasi filijs suis celeste pabulum ministrauit. Nos die noctuq3 in calumna nubis igniscz3 precessit: vt nob in inuio iter ostenderet. Atq3 vt cetera eius circa nos in mensa bñficia taceamus: nos soli digni fuimus dei legem accipere. ⁊ vocem dei loquentis audire: eiusq3 cognoscere volũtatem. In qua lege nobis ꝓmissus est xp̃us. ad quos etiam ip̃e se venisse testatus est dicens. nõ veni nisi ad oues que perierant domus israhel: cũ vos canes potiꝰ q̃ homines appellauerit. Equũ ne ergo est vt ydola hodie deserentes. quibus ab initiõ deseruistis. nobis ꝓparemini: et non potius in ꝓselitorum locum ex legis auctoritate et ꝓsuetudine deputemini? Et hocip̃m non merebamini: nisi quia larga semp dei clementia voluit vos ad nostram imitatõnem admittere. Gentes etiam econtrario respondebant. Quanto enim maiora erga vos dei beneficia narraueritis: tanto maioris vos criminis reos esse monstrabitis. Semper eñ hijs oñibz extitistis ingrati. Nam ip̃is pedibus quibz aridum mare trãsistis. lutebatis ante ydola que fecistis: et ipso ore quo pauloante ob necem aduersarioꝝ domino cantaueratis: simulacra vobis fieri poposcitis: illis oculis quibus venerando deum in nube vel igne ꝓspicere solebatis: simulacra intuebamĩ. Mãna quoq3 vobis fastidio fuit: et semper in deserto ꝓtra dominũ murmuraſtis: ad egiptũ vnde vos manu valida eiecerat redire cupiẽtes. Quid plura? Ita patres vestri crebra prouocatõe dominum irritauerũt: vt oẽs in heremo morerentur: nec plus ex senioribz eorum q̃ duo homines terram repromissionis intrarent. Sed quid antiqua replicamus: cum etiaz si illa minime feciſſetis. de hoc solo. nemo vos dignos venia iudicaret. q̃ dominum xp̃m ꝓphetarum semper vobis vocibz repromissum nonsolum suscipere noluistis sedetiaz morte pessima peremistis? Quem vt nos ꝓgnouimus statim credidimus: cum nobis ꝺ eo antea nõ fuerit predicatum. Vnde probatur: q̃ ydolis seruiuimus. nõ obstinatõni mentis. sz ignorantie deputandum. Qui enim ꝓgnitum ilico sequimur: olim vtiq3 sequeremur si antea ꝓgnouissemus. Sic autem vos de generis nobilitate iactatis: quasi nõ mor imitatio magisq̃ naturalis natiuitas filios vos faciat esse sanctoꝝ. Deinde esau et ysmahel cum de stirpe sint abrahe: minime tamen in filios reputantur. Hijs talit altercantibz. apostolus se mediũ interponẽs: ita partiũ dirimit questiones. vt neutrum eorum sua iusticia salutem meruisse confirmet: ambos vero populos et scientẽ et grauiter deliquisse: iudeos q̃ per preuaricatõnem legis deum inhonorauerint: gẽtes vero q̃ cum cognitum de creatura creatorem vt deum debuerint venerari. gloriaz eius in manufacta mutauerint simulacra: vtroscz3 etiam similiter veniam ꝓsecutos. equales esse veracissima ratõne demõstrat: presertim cum in eadem lege predictum et iudeos et gentes ad cristi fidem vocandos esse ostẽdat. Quamobrem vicissim eos humilians: ad pacem et ꝓcordiam cohortatur.

Finit plogus specialꝭ. Incipit argumẽtũ.

Romani sũt partis ytalie. Hij preuenti sũt a falsis apostolis: ⁊ sub nomine dñi nr̃i ih̃u xp̃i in legem ⁊ ꝓphetas erant indocti. Hos reuocat apostolus ad veram ⁊ euãgelicam fidem scribens eis a corintho.

Explicit argumentũ. Incipit epistola beati pauli apl'i ad romanos. ¶ Ca. .I.

Paulus ꝑuus ihū xp̄i . vocatus apostolus segregatus in euāgeliū dei.qđ ante ꝓmiserat per ꝓphetas suos in scripturis sanctis de filio suo. qui factus ē ei ex semine dauid scđm carnē:q̄ p̄destinatus est filius dei ī v̄tute scđm spiritū sāctificatōnis ex resurrectōne mortuorum ihū xp̄i dn̄i nostri:p quē accepimus gr̄am et apostolatū ad obediendū fidei in omnib⁹ gentib⁹ p nomine eius:ī quib⁹ estis ꝙ vos vocati ihū xp̄i:oībus qui sunt rome.dilectis dei vocatis sāctis.Gracia vob⁹ ꝙ pax a deo p̄re ꝙ dn̄o nr̄o ihū xp̄o.Primū quidē gr̄as ago deo meo p ihm xp̄m p omnib⁹ vobis: q̄ fides v̄ra ānunciat̄ in vniuerso mundo. Testis ei mihi ē de⁹ cui ꝑuio in spiritu meo in euāgelio filij eius: q̄ sine intermissione memoriā v̄ri facio semp in oratōib⁹ meis: obsecrās si qūo tandē aliqñ ꝓspex̄ iter habeā in volūtate dei veniēdi ad vos.Desidero em̄ videre vos :vt aliquid impciar vob⁹ gracie spūalis ad ꝯfirmād⁹ vos:id est simul ꝯsolari in vob⁹ p eā que inuicē est fidē v̄ra atq̄ mea.Nolo aūt vos ignorare fratres :q̄ sepe ꝓposui venire ad vos ꝙ ꝓhibitus sū vsq̄adhuc :vt aliquē fructū habeā ī vob⁹ sicut ꝙ ī ceteris gētib⁹.Grecis ac barbaris sapientib⁹ et insipientib⁹ debitor sū: itaq̄ qđ ī me ꝓmptū ē et vob⁹ q̄ rome estis euāgelizare.Non em̄ erubesco euāgeliuz. Virtus em̄ dei ē in salutē omni credēti:iudeo primū ꝙ greco . Justicia em̄ dei ī eo revelatur ex fide in fidez:sicut scriptū ē. Justus aūt ex fide viuit.Reuelat̄ ei ira dei de celo super omnē impietatē ꝙ iniusticiā hominū:eoꝝ q̄ veritatē dei in iniusticia detinēt:q̄ qđ notū ē dei manifestū ē in illʾ.Deus em̄ illis reuelauit . Inuisibilia em̄ ipi⁹ a creatura mūdi p ea q̄ facta sūt intellecta ꝯspiciunt̄: sēpiterna q̄q̄ eius v̄tus ꝙ diuinitas:ita vt sint ī excusabiles.Quia cum cognouissent deū nō sicut deū glorificauerūt aut gr̄as egerūt:sed euanauer̄t in cogitatōnib⁹ suis :ꝙ obscuratum est insipiēs cor eoꝝ. Dicēt̄es ei se esse sapiēt̄es:stulti facti sūt.Et mutauerūt gloriā incorruptibilis dei in similitudinē ym̄aginis corruptibilis hoīs:ꝙ volucrū et quadrupedū ꝙ serpētiū. Propt̄ qđ ꝺ̄dit illos de⁹ ī ꝺ̄siderio cordis eoꝝ in īmundiciaz: vt ꝓtumelijs afficiant corpora sua in semetipis.Quia ꝓmutauerūt veritatē dei in mendaciū:ꝙ coluerūt ꝙ fuierūt creature potiusq̄ creatori: qui est bñdictus in secula amē. Propterea ꝺ̄dit illos deus in passiones ignominie.Naz femine eoꝝ īmutauerūt naturalez vsum:in eū vsū qui ē ꝓtra naturā .Similit̄ autē et masculi relicto naturali vsu femine exarserunt in ꝺ̄sideriis snis ininuicē :masculi in masculos turpitudinē opantes:ꝙ mercedē quā oportuit erroris sui in semetipis recipiētes. Et sicut nō ꝓbauerūt deū habere ī noticia:ꝺ̄dit illos deus in reprobū sensū vt faciāt ea que nō ꝓueniūt: repletos oīi iniquitate.malicia.fornicatōne.auaricia. neq̄cia.plenos īuidia.homicidijs .ꝓtentōne.dolo.malignitate.susurrones.detractores.deo odibiles.ꝓtumeliosos.supbos.elatos.inuētores malorꝝ.parēt̄ib⁹ nō obedientes:insipientes.incōpositos. sine affectōe. absq̄ federe:sine misericordia. Qui cū iusticiā dei ꝯgnouissent. nō intellexerūt qm̄ qui talia agūt digni sūt morte: nōsolū qui ea faciūt :sedetiā qui cōsentiūt facientib⁹.

Capitulum .II.

Propter qđ inexcusabilis es o homo oīs qui iudicas. In q̄ em̄ iudicas altez:teipm ꝓtēnas.Eadē em̄ agis q̄ iudicas.Scim⁹ em̄:qm̄ iudiciuz dei ē scđm veritatē ī eos q̄ talia agūt. Existimas aūt hoc o homo q̄ iudicas eos q̄ talia agūt et facis ea:q̄ nō effugies iudiciū dei? An diuicias bonitatis ei⁹ et paciētie et lōganimitatis ꝓtēnis? Ignoras qm̄ benignitas dei ad penitentiā te adducit? Scđm aūt duriciā tuā ꝙ impenitēs corde thesaurizas tibi irā in die ire ꝙ ꝛuelatōis iusti iudicij dei: q̄ reddet vnicuiq̄ scđm opa eius.Hijs quidē qui scđm pacientiā boni opis:gloriā et honorē et incorruptōem querentib⁹ vitam eternā.Hijs aūt q̄ sunt ex ꝓtentōne ꝙ q̄ nō acq̄escūt veritati.credūt aūt iniq̄tati:ira. et indignatō.tribulatō.et angustia ī omnē aiam hoīs opantis malū:iudei p̄mū ꝙ greci.Gloria aūt et honor et pax omni opanti bonū:iudeo primū ꝙ greco.Non em̄ est acceptō ꝓsonaꝝ apud deū. Quicūq̄ em̄ sine lege peccauer̄t.sine lege peribūt:et quicunq̄ in lege peccauerūt:p legē iudicabūtur.Non em̄ auditores legis iusti sūt apud

deum: sed factores legis iustificabunt. Cū
em̃ gentes que legē non hñt naturaliť ea q̄
legis sūt faciūt: eiusmodi legem nō hñtes
ip̄i sibi sūt lex: qui ostēdūt opus legis scri-
ptū in cordibus suis: testimoniū reddente illi
conscientia ipox et inter seinuicem cogita-
tōnum accusantiū aut etiā defendentiū: in
die cuz iudicabit deus occulta hoim scom
euangeliū meum per ihm xp̃m. Si aūt tu
iudeus cognominaris z requiescis in lege.
z gliaris in deo. et nosti voluntatem ei⁹. z
pbas vtiliora instructus p legē. confidis te
ip̄m esse ducē cecox. lumē eox q̄ in tenebris
sūt. eruditorē insipientiū. magistx infan-
tiū. hñtem formā scientie z veritatis in le-
ge: qui g̊ aliū doces teip̄m non doces. Qui
p̄dicas nō furandū furaris: qui dicis non
mechādū mecharis. Qui abominaris ydo
la: sacrilegiū facis. Qui in lege gliaris: p
p̄uaricatōem legis deū inhonoras. Nomē
em̃ dei p vos blasphemat̃ inter gētes: sicut
scriptū est. Circūcisio quidē pdest si legez
obſues: si aūt p̄uaricator legis sis: circū-
cisio tua p̄putiū facta est. Si igiť p̄putiū
iustitias legis custodiat: nonne p̄putiū il-
lius in circūcisionē reputabiť? Et iudica-
bit id q̄d ex natura ē p̄putiū legē cōsūmās:
te qui p lr̃am z circūcisionē p̄uaricator le-
gis es. Non eī qui in manifesto iudeus est
neq̄ que ī manifesto in carne ē circūcisio:
sz qui in abscōdito iude⁹ē z circūcisio cor-
dis in spū nō lr̃a: cuius laus non ex homi
nibus sed ex deo est. ¶ Ca. .III.

Quid g̊ amplius iudeo est. aut q̄ vti
litas circūcisionis? Multuz p om-
nem modū. Primū quidez: qz cre-
dita sūt illis eloquia dei. Quid em̃ si quidā
illox nō crediderūt? Nūquid incredulitas
illox fidē dei euacuauit? Absit. Est aūt de⁹
verax: omnis aūt hō mendax sicut scriptū
est: vt iustificeris in symonibus tuis z vīcas
cū iudicaris. Si aūt iniq̄tas nr̃a iustitiaz
dei cōmēdat: quid dicem⁹? Nūquid iniqu⁹
est deus. qui infert irā? Scom hoiem dico.
Absit. Alioquin qūo iudicabit deus hunc
mundū? Si em̃ veritas dei in meo mēdatō
abūdauit in gliam ip̄ius: q̄d adhuc et ego
tanq̄ peccator iudicor et nō sicut blasphe-
mamur. et sicut aiunt quidaz nos dicere.
faciamus mala vt veniāt bona? Quorum
damnatio iusta est. Quid g̊? Precellimus
eos? Nequaq̄. Causati em̃ sumus iudeos et
grecos oēs sub peccato esse: sicut scriptum
est. Quia nō est iustus quisq̄: non ē intel-
ligens: non est requirens deum. Omnes de-
clinauerūt simul inutiles facti sūt: non est
qui faciat bonū nō est vsq̄ ad vnū. Sepul
crū patens est guttur eox: līguis suis dolo-
se agebāt: venenū aspidū sub labijs eoruz.
Quox os maledictōe et amaritudine ple-
nū est: veloces pedes eox ad effūdendū sā-
guinē. Contritō z infelicitas in vijs eox: z
viam pacis nō cognouerūt: non est timor
dei ante oculos eox. Scimus aūt. quoniā
quecunq̄ lex loquit̃ hijs qui in lege sūt lo-
quitur: Vt omne os obstruatur et subdit⁹
fiat omnis mūdus deo: quia ex operibus le-
gis nō iustificabit̃ oīs caro corā illo. Per
legē em̃ cognitō peccati. Nunc aūt iusticia
dei sine lege manifestata ē: testificata a le-
ge et pphetis. Justicia aūt dei ē p fidez ihu
xp̃i: in omnes et sup oēs qui credūt in eū.
Nō em̃ est distinctō. Omnes em̃ peccauer̃t:
et egēt gl̃ia dei. Justificati gratis p gr̃am
ip̄ius p redēptōem que ē in xp̃o ihu: quem
pposuit deus ppiciatorē p fidē in sanguine
ip̄ius ad ostēsionē iusticie sue p̄ter remis-
sionē p̄cedentiū delictox in sustentatōe dei
ad ostēsionē iusticie eius in hoc tpe: vt sit
ip̄e iustus et iustificās eū qui ex fide ē ihu
xp̃i. Vbi est g̊ gliatio tua? Exclusa ē. Per
quā legem? Factox? Nō. Sed p legez fidei.
Arbitramur em̃ iustificari hominē p fidē:
sine opibus legis. An iudeox deus tm̃? Nō-
ne z gentiū? Immo z gentiū. Quoniāqui-
dem vn⁹ ē deus qui iustificat circūcisionez
ex fide: et p̄putiū p fidez. Legem g̊ destrui-
mus per fidem? Absit. Sed legē statuim⁹.

Capitulum. .IIII.

Quid g̊ dicemus inuenisse abraham
p̄rem nr̃m scom carnē? Si eī abra
ham ex opibus iustificatus ē. habet
gliam: sed nō apud deū. Quid em̃ scriptu-
ra dicit? Credidit abrahā deo: et reputatū
est illi ad iusticiā. Vi aūt qui opat̃. mer
ces non imputat̃ scom gr̃am: sed scom de-
bitū. Vi vero qui non opat̃. credēti aūt in
eū qui iustificat impiū reputat̃ fides ei⁹ ad
iusticiā scom ppositū gratie dei: sicut z da-
uid dicit beatitudinez hois cui de⁹ accepto
fert iusticiaz sine opib⁹. Beati q̄x remisse
sūt iniq̄tates: z q̄x tecta sūt pcā. Beatus

vir cui nõ imputauit dñs peccatũ. Beatitudo g̃ hec in circumcisione tm̃ manet: an etiaz in p̃pucio? Dicim⁹ em̃: qz reputata ẽ abrahe fides ad iusticiaz. Quo g̃ reputata ẽ? In circũcisione: an in p̃pucio. Nõ in circũcisione: sz in p̃pucio. Et signũ accepit circũcisionis signaculũ iusticie fidei q̃ ẽ in p̃pucio: vt sit pater oĩm credentiũ p p̃pucium: vt reputet̃ & illis ad iusticiã. Et sit pater circũcisionis: nõ bijs tm̃ q̃ sũt in circũcisiõe: sz et bijs q̃ sectant̃ vestigia fidei que ẽ in p̃pucio pr̃is nr̃i abrahe. Nõ em̃ p legẽ pmissio abrahe aut semini ei⁹ vt heres esset mũdi: sz p iusticiã fidei. Si em̃ q̃ ex lege heredes sũt. exinanita ẽ fides: abolita ẽ pmissio. Lex em̃ irã op̃at̃. Vbi ei nõ ẽ lex: nec p̃uaricacio. ideo ex fide: vt scõm gr̃am firma sit pmissio omni semini. Nõ ei q̃ ex lege ẽ solũ: sz et ei q̃ ex fide ẽ abrahe q̃ ẽ p̃r oĩm nr̃m: sicut scriptũ ẽ. Quia patrẽ multaꝝ gentiũ posui te ãte deũ cui credidisti: q̃ viuificat mortuos: & vocat ea q̃ nõ sunt tanq̃ ea q̃ sũt. Qui p̃ẽ spem ĩ spez credidit: vt fieret p̃r multaꝝ gentiũ: scõm q̃ dictuz ẽ ei. Sic erit semẽ tuũ: sicut stelle celi et sicut arena q̃ ẽ in litore maris. Et nõ infirmatus ẽ in fide: nec ꝯsiderauit corpus suũ emortuũ. cũ iam fere centũ esset annoꝝ: et emortuã vuluã sare. In repromissiõe etiã dei nõ hesitauit diffidẽtia: sz ꝯfortat⁹ ẽ fide dãs gl̃iam deo: plenissime sciẽs. qz q̃cunq̃ pmisit deus potẽs ẽ & facere. Ideo & reputatũ ẽ illi ad iusticiã. Nõ ẽ aũt scriptũ tm̃ p̃ẽ ipm̃ qz reputatũ ẽ illi ad iusticiã: sz et p̃ẽ nos quibꝰ reputabit̃ credẽtibꝰ ĩ eũ qui suscitauit ihm̃ xp̃m dñm nr̃m a mortuis: q̃ ẽditus ẽ p̃pter delicta nr̃a. et resurrexit p̃pter iustificacõem nr̃am.

Ca. .V.

Iustificati g̃ ex fide pacem habeamus ad deũ p dñm nr̃m ihm̃ xp̃m: per quẽ habemus accessũ p fidem in gr̃am istã: in q̃ stamus & gl̃iamur in spe gl̃ie filioꝝ dei. Nonsolum aũt: sz et gloriamur in tribulacõnibꝰ: scientes q̃ tribulacõ pacientiã op̃at̃: paciẽtia aũt p̃batõem: p̃batõ vero spem. Spes aũt nõ ꝯfundit: q̃a caritas dei diffusa ẽ in cordibꝰ nr̃is: p spiritũ sanctũ q̃ datus ẽ nobis. Et q̃d em̃ xp̃c cũ adhuc infirmi essemus scõm tẽpus pro impijs mortuus ẽ? Vix em̃ p iusto q̃s moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Cõmendat aũt caritat̃ suam deus ĩ nobis: qm̃ si cũ adhuc peccatores essemus scõm tempus xp̃c p nob mortu⁹ ẽ. Multo igit̃ magis nũc iustificati in sanguine ipi⁹ salui erimus ab ira p ipm̃. Si ei cũ inimici essemus reconciliati sumus deo. p mortẽ filij eius: multomagis reconciliati salui erimus in vita ipius. Nõsolũ aũt: sz et gloriamur ĩ deo p dñm nr̃m ihm̃ xp̃m: p quẽ nũc recõciliatõem accepimus. Propterea sicut p vnũ hoiem pcm̃ in hũc mũdũ int̃uit & p peccatũ mors: et ita ĩ omnes hoies mors ptransijt: in q̃ oẽs peccauerũt. Vsqz ad legẽ em̃ peccatũ erat in mũdo. Peccatũ aũt nõ imputabat̃ cũ lex ñ esset: sz regnauit mors ab adã vsqz ad moysen. etiã ĩ eos q̃ nõ peccauerũt in silitudinẽ p̃uaricatõis ade: q̃ ẽ forma futuri. Sz nõ sicut delictũ: ita et donũ. Si em̃ vni⁹ delicto multi mortui sũt: multomagis gr̃a dei & donũ. in gr̃a vni⁹ hois ihu xp̃i. ĩ plures abũdauit. Et ñ sicut p vnũ peccatũ: ita & donũ. Nã iudicium ex vno in ꝯdẽnatõem: gr̃a aũt ex multis delictis in iustificatõem. Si em̃ vni⁹ delicto mors reg̃uit p vnũ: mltomagis abũdantiã gr̃e & donatõnis et iusticie accipiẽtes in vita regnabũt p vnũ ihm̃ xp̃m. Igitur sicut p vnius delictũ in oẽs hoies ĩ cõdemnatõem: sic & p vnius iusticiã in oĩes hoies in iustificatõez vite. Sicut em̃ p inobedientiã vnius hois peccatores ꝯstituti sunt multi: ita & p vnius obedientiaz iusti ꝯstituent̃ multi. Lex aũt subint̃uit: vt abũdaret delictũ. Vbi aũt abundauit delictuz. supabũdauit et gracia: vt sicut reg̃uit peccatũ in mortẽ. ita et gracia regnet p iusticiã in vitã eternã: p ihm̃ xp̃m dñm nr̃m.

Capitulum .VI.

Quid g̃ dicemus? Manebim⁹ in peccato: vt gr̃a abũdet? Absit. Qui em̃ mortui sumus peccato: quo adhuc viuemus ĩ illo? An ignoratis fr̃es: qz quicunq̃ baptizati sumus in xp̃o ihu ĩ morte ipius baptizati sum⁹? Cõsepulti ei sumus cũ illo p baptismum in mortẽ: vt quo xp̃c surrexit a mortuis p gl̃iam p̃r̃is: ita & nos in nouitate vite ambulemus. Si ei ꝯplãtati facti sum⁹ silitudini mortis ei⁹: simul et resurrectõis erim⁹. Hoc sciẽtes: qz vet⁹ hõ nr̃ simul crucifixus est vt destruat̃ corpus peccati: vt vltr̃ ñ seruiam⁹ peccato. Qui

eñ mortuus ẽ: iustificat⁹ ẽ a peccato. Si aũt mortui sumus cũ xp̃o credim⁹ q̃ simul etiã viuemus cũ xp̃o: sciẽtes q̃ xp̃c resurgẽs ex mortuis iã nõ morit̃ : mors illi vlt̃ nõ dominabit̃. Qd̃ eñ mortuus ẽ peccato. mortu⁹ ẽ semel: qd̃ aũt viuit viuit deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidẽ esse peccato: viuẽtes aũt deo in xp̃o ihu · Nõ g̃ regnet peccatum in vr̃o mortali corpe: vt obediatis ꝯcupiscẽtijs ei⁹. Neq̃ exhibeatis mẽbra vr̃a arma iniquitatis peccato: sz exhibete vos deo tanq̃ ex mortuis viuẽtes: q mẽbra vr̃a arma iusticie deo. Peccatũ eñ vob̃ non dñabitur. Non eñ sub lege estis: sed sub gr̃a. Quid g̃: Peccabim⁹: qñ nõ sum⁹ sub lege sz sub gr̃a: Absit . An nescitis qñ cui exhibetis vos ꝓuos ad obediendũ: ꝓui estis ei⁹ cui obedistis. siue peccati ad mortẽ siue obeditõis ad iusticiã: Gracias aũt ago deo. q̃ fuistis ꝓui pcti: obedistis aũt ex corde. in eã formã doctrine in q̃ traditi estis. Liberati aũt a peccato: serui facti estis iusticie. Humanũ dico: ꝓpt̃ infirmitatẽ carnis vestre. Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire imundicie et iniq̃tati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete mẽbra vr̃a ꝓuire iusticie in sanctificatõez. Cũ eñ ꝓui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quez g̃ fructũ habuistis tũc in illis : i quib⁹ nũc erubescitis: Nã finis illoꝝ mors ẽ. Nũc vero liberati a peccato. ꝓui aũt facti deo: habetis fructũ vestrũ in sanctificatõez: finez vero vitam eternã. Stipendia eñ peccati mors: gr̃a autẽ dei vita eterna. in xp̃o ihu domino nostro. Ca. .VII.

An ignoratis fratres scientib⁹ enz legẽ loquor : q̃ lex in homĩe dñat̃ quanto tpe viuit: Nã que sub viro est mulier: viuente viro alligata ẽ legi. Si aũt mortu⁹ fuerit vir eius: soluta ẽ a lege viri. Igit̃ viuente viro vocabit̃ adultera si fuerit cũ alio viro: si aũt mortuus fuerit vir ei⁹. liberata ẽ a lege viri: vt nõ sit adultera si fuerit cũ alio viro . Itaq̃ frẽs mei q vos mortificati estis legi per corpus xp̃i: vt sitis alteri⁹ qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis deo. Cũ eñ essemus in carne. passiones peccatoꝝ que ꝓ legem erant opabant̃ in mẽbris nr̃is : vt fructificarẽt morti. Nunc aũt soluti sumus a lege mortis. in qua detinebamur: ita vt ꝓuigamus in nouitate spũs et nõ in vetustate lr̃e. Quid g̃ dicemus: Lex peccatũ ẽ: Absit . Sz peccatũ nõ ꝯgnoui: nisi ꝓ legẽ. Nam ꝯcupiscẽtiã nesciebã: nisi lex diceret. Nõ ꝯcupisces. Occasione aũt accepta. peccatũ ꝓ mãdatũ operatũ est in me omnẽ ꝯcupiscentiã. Sine lege eñ peccatũ mortuũ erat. Ego aũt viuebã sine lege aliquãto. Sed cũ venisset mãdatũ: peccatũ reuixit. Ego aũt mortu⁹ sũ: et inuentũ est mihi mandatũ qd̃ erat ad vitam: hoc esse ad mortem. Naz peccatum occasione accepta ꝓ mandatũ seduxit me: et ꝓ illud occidit . Itaq̃ lex quidẽ sancta: q mandatuz sanctũ q iustum et bonũ. Qd̃ g̃ bonũ est mihi factũ est mors: Absit . Sed peccatũ vt appareat peccatũ ꝓ bonũ opatũ ẽ mihi mortẽ: vt fiat sup̃ modũ peccans peccatũ ꝓ mandatũ. Scimus eñ: quia lex spiritualis ẽ. Ego aũt carnalis sũ: venũdatus sub peccato. Qd̃ eñ operor nõ intelligo. Nõ eñ qd̃ volo bonũ hoc ago : sz quod odio malũ illud facio . Si aũt qd̃ nolo illd̃ facio: ꝯsentiõ legi q̃ bona ẽ. Nunc aũt iaz nõ ego operor illud sz quod habitat in me peccatũ . Scio eĩ: q̃ nõ habitat in me hoc ẽ in carne mea bonũ. Nã velle adiacet mihi: pficere aũt bonũ nõ inuenio . Non eñ qd̃ volo bonũ hoc facio: sz qd̃ nolo malum hoc ago. Si aũt qd̃ nolo illud facio: iã nõ ego operor illud: sz qd̃ hãbitat ĩ me peccatũ. Inuenio igit̃ legẽ volenti mihi facere bonũ: q̃ mihi malũ adiacet. Cõdelector eñ legi dei scd̃m interiorẽ hominẽ. Video aũt aliã legẽ in mẽbris meis. repugnantẽ legi mẽtis mee: q captiuantẽ mẽ in lege peccati q̃ est in mẽbris meis . Infelix ego hõ: q̃s me liberabit de corpe mortis hui⁹: Gracia dei: ꝓ ihm̃ xp̃m dñm nr̃m. Igit̃ egoipe mẽte ꝓuio legi dei: carne aũt legi peccati.

Capitulum. .VIII.

Nihil g̃ nunc dãnatõnis est hijs qui sũt in xp̃o ihu: qui nõ scd̃m carnẽ ambulãt. Lex eñ spũs vite in xp̃o ihu: liberauit me a lege peccati et mortis. Nam qd̃ impossibile erat legi in quo infirmabatur ꝓ carnem: deus filium suuz mittens in similitudinem carnis peccati: q de peccato dãnauit peccatũ in carne. vt iustificatõ legis impleret̃ in nob: qui non scd̃m carnẽ ãbulamus. sed secundũ spm̃. Qui eĩ scd̃m carnẽ sũt. q̃ carnis sũt sapiũt: q̃ vero

scõm spiritũ sũt. que sũt spũs sentiũt. Naz prudẽtia carnis moꝛs ẽ: prudẽtia aũt spũs vita et paꝛ. Qm̃ sapiẽtia carnis inimica ẽ deo. Legi em̃ dei nõ ẽ subiecta: nec em̃ ꝑt. Qui aũt in carne sũt: deo placere nõ pñt. Vos aũt in caꝛne nõ estis sz in spũ: si tamẽ spũs dei hĩtat in vob. Si quis aũt spm̃ xpi nõ habet: hic nõ ẽ ei⁹. Si aũt xp̃c ĩ vob ẽ: coꝛpus quidez moꝛtuũ ẽ ꝓpt̃ peccatũ: spũs vero viuit ꝓpt̃ iustificatõez. Qd̃ si spũs ei⁹ qui suscitauit ih̃m a moꝛtuis hĩtat in vob: q̃ suscitauit ih̃m xp̃m a mortuis viuificabit ꝛ moꝛtalia corpa vr̃a: ꝓpter inhĩtantẽ spm̃ eius ĩ vob. Ergo fr̃es debitoꝛes sum⁹: nõ carni vt scõm carnẽ viuam⁹. Si em̃ secundũ carnẽ vixeritis. moꝛiemi: si aũt spũ fc̃a caꝛnis moꝛtificaueritis. viuetis. Quicũqz em̃ spũ dei aguntr̃. hij sũt filij dei. Non ei accepistis spm̃ ꝑuitutis itez in timore: sz accepistis spm̃ adoptõis filioꝛũ dei: in q̃ clamamus abba p̃r. Ipe em̃ spũs testimoniũ reddet spũi nr̃o: q⁹ sum⁹ filij dei. Si aũ filij. et heredes: heredes quidez dei. coheredes aũt xpi: si tñ ꝯpatimur vt ꝛ simul conglorificemur. Existimo em̃: q⁹ nõ sũt cõdigne passiones hui⁹tpis ad futurã gl̃iam. q̃ reuelabit̃ in nob. Naz expectatõ creature reuelatõnem filioꝝ dei expectat. Vanitati em̃ creatura subiecta ẽ nõ volẽs. sz ꝓpt̃ euz q̃ subiecit eã in spe: qz et ipa creatura liberabit̃ a ꝑuitute coꝛruptõis ĩ libertatẽ gl̃ie filioꝝ dei. Scim⁹ ei̇: q⁹ oĩs creatura ingemiscit ꝛ parturit vsqz adhuc. nõsolũ aũt illa: sz ꝛ nosip̃i ꝑmicias spũs hñtes. ꝛ ip̃i intr̃ nos gemim⁹ adoptõez filioꝝ dei: expectantes redẽptõez coꝛpis nr̃i. Spe ei̇ salui facti sum⁹. Spes aũt q̃ videt̃ nõ ẽ spes. Nam qd̃ videt quis qd̃ sperat: Si aũt qd̃ nõ videm⁹ speram⁹: ꝑ pacientiã expectam⁹. Similit̃ aũt ꝛ spũs adiuuat infirmitatẽ nr̃am. Nã q̃d oꝛemus sicut oportet nescimus: sed ipe spũs postulat ꝓ nobis gemẽtibꝰ inenarrabilibꝰ. Qui aũt scruat̃ coꝛda. scit q̃d ꝺsideret spũs: qz scõm deuz postulat ꝓ sanctis. Scimus aũt quoniã diligentibꝰ deuz. oĩa coopantur in bonũ: hijs qui scõm ꝓpositũ vocati sunt sancti. Naz q̃s p̃sciuit ꝛ predestinauit cõformes fieri ymaginis filij sui: vt sit ipe p̃mogenit⁹ in multis fr̃ibꝰ. Quos aũt predestinauit hos et vocauit: et q̃s vocauit hos et iustificauit. Quos aũt iustificauit: illos et magnificauit. Quid q̃ dicemus ad hec. Si de⁹ ꝓ nobis: quis ꝓ̃ nos: Qui etiã ꝓpꝛio filio non pepercit: sz ꝓ nob oĩbus tradidit illuz. Qõ non etiam cum illo omĩa nobis donauit: Quis accusabit aduerꝰus electos dei: Deus iustificat. Quis ẽ qui ꝯdẽnet: Xp̃us ihs̃ q̃ moꝛtu⁹ ẽ ymmo qui et r̃surrexit: qui ẽ ad dexterã dei: q̃ etiã interpellat ꝓ nob. Quis q̃ nos separabit a caritate xp̃i: Tribulatõ an angustia an fames an nuditas an piculũ: an ꝑsecutõ an gladi⁹: Sicut scriptũ ẽ. Quia ꝓpt̃ te moꝛtificamur tota die: estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed in hijs oĩbꝰ supam⁹: ꝓpter eũ q̃ dilexit nos. Cert⁹ sũ em̃: qz neq; moꝛs neq; vita neq; angeli neq; pncipatus neq; ꝑtutes neq; instantia neq; futura neq; foꝛtitudo neq; altitudo neq; ꝓfundũ neq; creatura alia poterit nos separe a caritate dei: que est in xp̃o ihu dom̃no nostro.

Capitulum. .IX.

Veritatem dico in xp̃o ihu. nõ mẽtioꝛ. testimoniũ mihi ꝓhibente cõscientia mea in spiritu sancto: qm̃ tristicia mihi ẽ magna: ꝛ ꝯtinu⁹ dolor coꝛdi meo. Optabã em̃ ego ip̃e anathema esse a xp̃o pꝛo fr̃ibus meis qui sũt ꝯgnati mei scõm carnẽ qui sũt israhelite: quoꝝ adoptõ est filioꝝ ꝛ gl̃ia et testamentũ ꝛ legislatõ ꝛ obsequm et ꝓmissa: quoꝝ pr̃es ex q̃bꝰ xp̃c scõm carnẽ. qui est sup omnia de⁹ bñdict⁹ in secula amẽ. Nõ aũt q⁹ exciderit verbum dei. Non em̃ oẽs qui sunt ex israh̃l hij sũt israhelite. neq; qui semẽ sũt abrahe oĩes filij abrahe sũt. Sz in ysaac vocabit̃ tibi semẽ: id ẽ nõ qui filij carnis hij filij dei: sz qui filij sunt ꝓmissionis. estimantr̃ in semine. Pꝛomissionis em̃ vbum hoc ẽ. Scõm hoc tempus veniã: et erit sare filius. Nonsolũ aũt illa: sz ꝛ rebecca ex vno ꝯcubitu habẽs geminos filios ysaac pr̃is nr̃i. Cum ei nõdũ nati fuissẽt aut aliq̃d boni egissẽt aut mali: vt scõm electõnem ꝓpositũ dei maneret. nõ ex operibꝰ sed ex vocãte dictũ ẽ ei: quia maioꝛ seruiet minoꝛi sicut scriptũ est. Jacob dilexi. esau aũt odio habui. Quid ergo dicemus: Nũquid iniquitas apud deuz: Absit. Moysi enim dicit. Miseꝛebor cui misertus sũ: et miseꝛicoꝛdiã pꝛestabo cui miserebor. Jgit̃ nõ volentis neq; currẽtis sz miseꝛẽtis ẽ dei. Dicit ei scꝛiptura pharaoni

Quia in hoc ipm excitaui te vt ostendã in te vtutem meã: et vt annũcietur nomẽ meũ ĩ vniuersa terra. Ergo cui⁹ vult miseretur: et quẽ vult ĩdurat. Dicis itaq; mihi. Quid adhuc q̃ritur: Voluntati enĩ ei⁹ q̃s resistit: O hõ: tu q̃s es. q̃ respõdeas deo: Nũquid dicit figmẽtũ ei q̃ se finxit: q̃d me fecisti sic: An nõ habet potestatẽ figul⁹ luti ex eadẽ massa facere aliud quidẽ vas in honorẽ: aliud vero in ꝓtumeliã: Q̃d si deus volẽs ostendere iram. et notã facere potẽtiã suam sustinuit in multa pacientia vasa ire apta in interitu: vt ostẽderet diuicias gl'ie sue in vasa misericordie q̃ preparauit in gloriã: Quos & vocauit nos: nõsolũ ex iudeis sed etiã ex gentibus: sicut in osee dicit. Vocabo nõ plebem meã. plebem meã: et nõ dilectã dilectam. & nõ misericordiã ꝓsecutã misericordiã ꝓsecutã. Et erit: in loco vbi dictũ ẽ eis nõ plebs mea vos: ibi vocabũtur filij dei viui. Ysaias autẽ clamat ꝓ isr'l. Si fuerit numer⁹ filioꝝ isr'l tanq̃ arena maris: reliquie salue fiẽt. Verbũ enĩ cõsummans & abbreuiãs ĩ eq̃tate: q̃ verbũ breuiatũ faciet dñs sup terraꝫ. Et sicut p̃dixit ysaias nisi dñs sabaoth reliquisset nob semẽ sicut zodoma facti essemus: & sicut gomorra sil'es fuissemus. Quid q̃ dicemus: Q̃d gentes q̃ nõ sectabant iusticiã apphẽderũt iusticiã: iusticiã aũt que ex fide est. Isr'l vero sectãdo legẽ iusticie: in legẽ iusticie nõ puenit. Quare: q̃ nõ ex fide: sz quasi ex operibus. Offenderũt enĩ in lapidẽ offensionis: sicut scriptũ est. Ecce ponã in sion lapidẽ offẽsionis et petrã scandali: et omnis qui credit in eũ non ꝓfundetur. Ca. .X.

Fratres: volũtas quidẽ cordis mei & obsecratõ ad deũ fit ꝓ illis in salutez. Testimoniũ enĩ phibeo illis q̃ emulatõem quidem dei hñt: sz non scõm scientiã. Ignorãtes enĩ iusticiã dei: et suaz querẽtes statuere: iusticie dei nõ sunt subiecti. Finis enĩ legis xp̃s: ad iusticiaz oĩ credẽti. Moyses enĩ scripsit: quoniã iusticiã que ex lege ẽ qui fecerit homo viuet in ea. Que aũt ex fide est iusticia sic dicit. Ne dixeris in corde tuo. quis ascendet in celũ. id est xp̃m deducere: aut quis descendit in abissum. hoc est xp̃m a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura: Prope est verbũ in ore tuo et in corde tuo. hoc est verbum fidei q̃ p̃dicamus: quia si ꝓfiteaꝛis in ore tuo dñm ih̃m: & in corde tuo crediderꝛis. q̃ deus illuz suscitauit a mortuis: saluꝰeris. Corde enĩ creditur ad iusticiam: ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Dicit enĩ scriptura. Oĩs q̃ credit in illũ non ꝓfundetur. Nõ enĩ est distinctio iudei et greci. Nam idẽ dñs omnium: diues in omnes qui inuocãt illũ. Oĩs enĩ quicunq; inuocauerit nomẽ dñi: saluꝰ erit. Quõ q̃ inuocabũt in quẽ nõ credidерũt: Aut quõ credent ei: quẽ nõ audierũt: Quõ aũt audient: sine p̃dicante: Quõ vero p̃dicabũt: nisi mittant: Sicut scriptuz ẽ. Quã speciosi pedes euãgelizantiũ pacẽ: euangelizantiũ bona. Sz nõ omnes obediũt euãgelio. Ysaias enĩ dicit. Dñe quis credidit auditui nr̃o: Ergo fides ex auditu: auditus aũt ꝓ verbũ xp̃i. Sz dico. Nũquid nõ audierũt: Et quidẽ in omnẽ terrã exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis tre verba eoꝝ. Sz dico. Nũquid isr'l nõ ꝓgnouit: Primus moyses dicit. Ego ad emulatõez vos adducã in nõ gentẽ. in gentẽ insipientẽ. in irã vos mittã. Ysaias aũt audet & dicit. Inuẽtus sũ a non querẽtibus me: palã apparui hijs qui me nõ interrogabãt. Ad isr'l autẽ dicit. Tota die expãdi manꝰ meas ad populum nõ credentem: sz ꝓtradicentẽ mihi.

Capitulum. .XI.

Dico ergo. Nũquid deus repulit populũ suũ: Absit. Naz et ego israhelita sũ ex semine abraham de tribu beniamin. Nõ repulit deus plebẽ suã quaz pscisti. An nescitis ĩ helya quid dicit scriptura: quẽadmodum interpellat deuz adversum isr'l: Dñe pphetas tuos occiderũt: altaria tua suffoderũt. et ego relictus sum solus: et querũt aĩam meaz. Sz quid dicit illi diuinũ responsũ: Reliqui mihi septem milia virozꝫ: qui nõ curuauerũt genua ãte baal. Sic q̃ et ĩ hoc tpe: reliq̃e scõm electõnem gr̃e salue factę sunt. Si aũt gr̃a: iam non ex opibus. Alioq̃n gr̃a iam nõ est gr̃a. Quid q̃: Q̃d querebat isr'l hoc nõ ẽ ꝓsecutus: electõ aũt ꝓsecuta est: ceteri vero excecati sunt sicut scriptũ est. Dedit illis deꝰ spiritũ ꝓpunctõnis: oculos vt nõ videant et aures vt nõ audiant: vsq; in hodiernuz diem. Et dauid dicit. Fiat mensa eoꝝ coram ipis in laqueum: et in captõnem & in scandalũ & in retributõez illis. Obscurent

oculi eoꝝ ne videant:et dorsum eoꝝ semp incurua. Dico g̃. Nũquid sic offenderũt ut caderent:Absit. Sed illoꝝ delicto.sal9 gẽtibꝫ:ut illos emulentꝫ. Qd̃ si delictũ eorum diuicie sunt mundi. et diminutõ eoꝝ diuicie gentium:quantomagis plenitudo eoꝝ: Vobis em̃ dico gentibꝫ. Quãdiu quidẽ ego sum gentium aplus ministeriũ meum honorificabo:si qũo ad emulandum ꝓuocem carnẽ meam:et saluos faciã aliquos ex illꝭ. Si em̃ amissio eoꝝ reconciliatõ ẽ mundi: q̃ assumptõ nisi vita ex mortuis:Qd̃ si deli batõ sancta est:et massa. Etsi radix sãcta: et rami. Qd̃ si aliqui ex ramis fracti sunt: tu aũt cum oleaster esses inꝭtus es in illꝭ: et socius radicis ꝛ pinguedinis oliue factꝰ es:noli gl̃iari aduersus ramos. Qd̃ si glorieris:nõ tu radicem portas: sed radix te. Dicis g̃. Fracti sunt rami:ut ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt. Tu aũt fide stas. Noli altũ sapere sꝫ time. Si eĩ deus naturalibꝫ ramis nõ pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide g̃ bonitatem et seueritatem dei. In eos quidẽ qui ceciderũt seueritatẽ: in te aũt bonitatẽ dei:si ꝑmanseris in bonitate. Alioquin tu excideris. Sed ꝛ illi si non ꝑmanserint in credulitate inserẽtur. Potens est em̃ deus iterũ inserere illos. Nametsi tu ex naturali excisus es oleastro et cõtra naturã insertꝰ es in bonã oliuam:quantomagis hij qui scõm naturã inserentꝫ sue olive: Nolo enim vos ignorare fratres misteriũ hoc:ut non sitis vobisipis sapientes:quia cecitas ex ꝑte ꝓtigit in isrl̃ donec plenitudo gentiũ intraret: et sic omnis isrl̃ saluus fieret sicut scriptũ est. Veniet ex sion:qui eripiat et auertat impietatẽ a iacob. Et hoc illis a me testamẽtum:cũ abstulero peccata eoꝝ. Scõm euangeliũ quidem inimici ꝓpter vos:scõm electõem autẽ carissimi ꝓpter patres. Sine penitentia em̃ sunt dona et vocatio dei. Sicut enim aliquãdo et vos nõ credidistis deo:nunc aũt misericordiam ꝓsecuti estis ꝓpter incredulitatem illoꝝ:ita ꝛ isti nunc non crediderunt in vestrã misericordiã:ut ꝛ ipi misericordiã ꝓsequantꝫ. Concluſit em̃ deus omĩa in ĩcredulitate:ut omniũ misereatꝫ. O altitudo diuitiaꝝ sapiẽtie ꝛ sciẽtie dei:q̃ incõprehensibilia sũt iudicia eius:ꝛ inuestigabiles vie eius. Quis em̃ ꝓgnouit sensum dn̄i:aut quis ꝓsiliarius eius fuit: Aut quis prior dedit illi:et retribuet ei: Quoniã ex ipo et per ipm et in ipo sũt omnia:ipi gloria in secula seculoꝝ amen.

Capitulum .XII.

Obsecro itaq; vos fratres ꝑ misericordiã dei:ut exhibeatis corpa vꝛa hostiam viuentẽ. sãctam.deo placentẽ.ratõnabile obsequiũ vestrum. Et nolite ꝓformari huic seculo:sed reformamini in nouitate sensus vr̃i:ut ꝓbetis que sit voluntas dei bona.ꝛ beneplacẽs:et perfecta. Dico em̃ per gr̃am que data ẽ mihi.oĩbus qui sũt inter vos:nõ plus sapere q̃ oportet sapere.sed sapere ad sobrietatẽ:et unicuiq; sicut deus diuisit mẽsurã fidei. Sicut em̃ in vno corpe multa membra habem9: oĩa aũt mẽbra non eundẽ actum habent: ita multi vnũ corpus sum9 in xp̃o:singuli aũt alꝭ alteri9 mẽbra: hñtes aũt donatões scõm gr̃aꝫ que data ẽ nobis differẽtes. Sive ꝓphetiaꝫ:scõm ratõnem fidei. Sive misteriũ:in mĩstrando. Sive qui docet:ĩ doctrina. Qui exhortatꝫ in exhortando. Qui tribuit:in simplicitate. Qui ꝑest:in solicitudine. Qui miseretꝫ:ĩ hilaritate. Dilectõ: sine simulatõe. Odiẽtes malũ:adherentes bono. Caritatẽ fr̃nitatis inuicẽ diligẽtes: honore inuicez ꝑueniẽtes. Solicitudĩe nõ pigri:spũ feruẽtes:dño fuiẽtes. Spe gaudẽtes:in tribulatõne patiẽtes:oratõni instãtes. Necessitatibꝫ sanctoꝝ ꝓmunicãtes: hospitalitatẽ sectãtes. Benedicite ꝑsequentibꝫ vos. Benedicite:ꝛ nolite maledicẽ. Gaudere cũ gaudẽtibꝫ:flere cũ flẽtibꝫ. Idipm ĩuicẽ sẽtiẽtes. Nõ alta sapiẽtes:sꝫ humilibꝫ ꝓsentiẽtes. Nolite esse prudentes apud vosmetipos. Nulli malũ ꝑ malo reddẽtes:puidẽtes bona nõtm̃ corã deo:sꝫ etiã coraꝫ oĩbꝫ hoĩbꝫ. Si fieri potest q̃ ex vob ẽ:cũ oĩbus hoĩbꝫ pacẽ hñtes. Non vosmetipos defendẽtes carissimi:sꝫ date locũ ire. Scriptũ ẽ em̃. Mihi vindictã:ꝛ ego r̃tribuã dicit dn̄s. Sꝫ si esurierit inimicꝰ tuꝰ ciba illũ:si sitit: potũ da illi. Hoc eĩ faciẽs:carbones ignis ꝓgeres sup caput eiꝰ. Noli vinci a malo:sꝫ vince in bono malum. Ca. .XIII.

Omnis anima p̃atibꝫ sublimioribꝫ subdita sit. Non est em̃ p̃as nisi a deo. Que aũt sunt a deo:ordinata sũt. Itaq; q̃ resistit p̃ati: dei ordinationi

resistit. Qui aũt resistũt: ipi sibi dãnatõez acquirũt. Nam ꝓncipes nõ sunt timori bo ni opis sz mali. Vis aũt nõ timere ptatez: Bonũ fac: et habeb laudẽ ex illa. Dei eniz mĩster est tibi in bonũ. Si aũt malũ feceris. time. Nõ em̃ sine causa gladiũ portat. Dei em̃ mĩster ẽ: vltor ĩ irã ei q̃ malũ agit. Idcoq; necessitate subditi estote: nõsolum ꝓpter irã: sz etiã ꝓpter ꝯsciẽtiã. Idco em̃ et tributa ꝓstatis. Mĩstri em̃ dei sunt: in hoc ipm̃ ꝑuientes. Reddite g̃ oĩbus debita. Cui tributũ tributũ: cui vectigal vectigal: cui timorẽ timorẽ: cui honorẽ honorẽ. Nemi quicq̃ debeatis: nisi vt inuicẽ diligatis. Qui em̃ diligit ꝓximũ: legẽ adimpleuit. Nã nõ adulterabis. nõ occides. nõ furaberis. nõ fal sũ testimoniũ dices. nõ ꝯcupisces rẽ ꝓximi tui: etsi qd̃ est aliud mãdatũ in hoc vbo instaurat̃: diliges ꝓximum tuũ sicut teipm̃. Dilectõ ꝓximi malũ non opat̃. Plenitudo g̃ legis ẽ dilectõ. Et hoc scientes tẽpus: q; hora ẽ iã nos de sõno surgere. Nũc ei ꝓpior ẽ nr̃a sal?: q̃ cũ credidim?. Nox ꝓcessit: dies aũt appropinquit. Abiciam? g̃ opa te nebraꝝ et induamur arma lucis: sicut ĩ die honeste ãbulemus. Non in ꝓmessatõnibus et ebrietatibus. nõ in cubilibus et impudicijs. nõ in ꝓtentõne et emulatõne: sz induimi dnm̃ ihm̃ xpm̃: et carnis curã ne feceritis in desideriis. ¶ Ca. .XIIII.

Infirmũ aũt in fide assumite: nõ in disceptatõibus cogitatõnum. Alius em̃ credit mãducare se omnia. Qui aũt infirmus ẽ: olus mãducet. Is qui mã ducat nõ mãducantẽ nõ spernat: et q̃ non mãducat: mãducantẽ nõ iudicet. Deus ei illũ assumpsit. Tu qs es q̃ iudicas alienuz seruũ? Dño suo stat aut cadit. Stabit aũt Potens em̃ est deus statuere illũ. Naz ali? iudicat diem inter diem: alius aũt iudicat omnẽ diem. Vnusq̃sq; in suo sensu abũdet. Qui sapit diẽ. dño sapit: et q̃ mãducat. domino mãducat. Gr̃as em̃ agit deo. Et qui nõ manducat. dño nõ manducat: et gr̃as agit deo. Nemo em̃ nr̃m sibi viuit: et nemo sibi morit̃. Siue ei viuimus. dño viuim?: siue morimur: dño morimur. Siue g̃ viui mus siue morimur: dñi sumus. In hoc em̃ xpus mortuus est et resurrexit: vt et viuo rum et mortuoꝝ dominet̃. Tu autem quid iudicas fratrem tuum: aut tu ãre spernis fratrem tuum? Omnes em̃ stabimus ante tribunal dei. Scriptum est em̃. Viuo ego dicit dns: quoniã mihi flectet̃ oĩe genu: et omnis lingua ꝯfitebit̃ deo. Itaq; vnus quisq; nr̃m ꝓ se ratiõem reddet deo. Non g̃ amplius inuicẽ iudicem?. Sz hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculuz fratri vel scãdalũ. Scio et ꝯfido in dño ihu: q; nihil ꝯmune per ipm̃. nisi ei qui existimat q̃d cõ mune esse: illi ꝯmune est. Si ei ꝓpter cibũ frater tuus ꝯtristatur: iam nõ scõm cari tatẽ ambulas. Noli cibo tuo illum pdere: pro quo xpus mortuus ẽ. Non g̃ blasphe metur bonũ nr̃m. Nõ est em̃ regnũ dei esca et potus: sz iusticia et pax et gaudiũ in spũ sancto. Qui ei in hoc fuit xpo placet deo: et pbatus est hoĩbus. Itaq; que pacis sunt sectemur: et que edificationis sunt inuicem custodiamus. Noli ꝓpter escã destruere opus dei. Omnia quidẽ sunt mũda: sz malũ est homini qui p offendiculũ mãducat. Bonũ est nõ mãducare carnẽ et nõ bibere vinũ: neq; in quo frater tu? offendit aut scandalizatur aut infirmat̃. Tu q̃ fidẽ habes penes temetipm̃: habe corã deo. Beatus qui nõ iudicat semetipm̃ ĩ eo q̃ pbat. Qui aũt discernit: si mãducauerit dãnat? est: quia nõ ex fide. Omne aũt quod nõ est ex fide peccatum est. ¶ Ca. .XV.

Debemus autẽ nos firmiores infirmitates infirmoꝝ sustinere: et nõ nobis placere. Vnusquisq; vestruz ꝓximo suo placeat in bonũ ad edificatõnem. Etenim xpus nõ sibi placuit: sed sicut scriptũ ẽ: ꝓperia ꝓperantiũ tibi ceciderũt sup me. Quecunq; em̃ scripta sũt ad nr̃az doctrinã scripta sunt: vt p pacientiã et ꝯsolatõem scripturaꝝ spem habeamus. Deus aũt pacietie et solacij det vob idipm̃ sapere in alterutr̃ scõm ihm̃ xpm̃: vt vna nimes vno ore honorificetis deũ et patrẽ dñi nr̃i ihu xpi. Propter qd̃ suscipite inuicem sicut et xpus suscepit vos in honorez dei. Dico em̃ ihm̃ xpm̃ ministrũ fuisse circũcisionis ꝓpter veritatem dei ad ꝯfirmãdas ꝓmissiones patrum: gentes aũt super misericordia honorare deũ: sicut scriptuz ẽ. Propterea ꝯfitebor tibi in gentibus dñe: et noi tuo cãtabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cũ plebe eius. Et iterũ. Laudate omnes gẽtes dnm̃: et magnificate eũ

omnes populi. Et rursus ysaias ait. Erit radix iesse: et qui exurget regere gentes· in eũ gentes sperabũt. Deus aũt spei repleat vos oñi gaudio et pace in credẽdo: vt abũdetis in spe ꝙ virtute spũssancti. Certꝰ sum aũt fratres mei et egoipe de vobis: quoniam et ipi pleni estis dilectõne. Repleti omni sciẽtia: ita vt possitis alterutꝝ monere. Audatius aũt scripsi vobis fratres ex pte. tanq̃ in memoriam vos reducẽs: propter graciam que data est mihi a deo vt sim minister xpi ihu in gentib sanctificãs euangelim dei: vt fiat oblatõ gentiuꝫ accepta ꝙ sanctificata in spiritu sancto. Habeo igit gloriam in xpo ihu ad deum. Non em audeo aliquid loqui eoꝝ que per me non efficit xps in obedientiã gentiũ: in verbo et factis in ũtute signoꝝ et prodigioꝝ in virtute spũssancti: ita vt ab hierusalẽ per circuitum vsqꝫ ad illiricum repleuerim euãgelium xpi. Sic autem predicaui euangelium hoc. non vbi nominatus est xps ne super alienũ fũdamentum edificarem: sed sicut scriptum est quoniam quibus nõ est annũciatum de eo videbunt: et qui nõ audierunt de eo intelligẽt. ꝓpter quod et impediebar plurimũ venire ad vos et phibitus sum vsqꝫ adhuc. Nunc vero vltrꝰ locum nõ habens in his regionib: cupiditatẽ autem habens veniendi ad vos ex multis iam precedẽtib annis: cum in hyspaniam pficisci cepero. spero ꝙ pretereins videam vos. et a vobis deducar illuc. si vobis primum ex parte fruitus fuero. Nunc igit pficiscar in hierusalem ministrare sanctis. Probauerũt em macedonia ꝙ achaia collatõem aliquam facere in pauperes sãctorum qui sunt in hierusalem. Placuit enim eis: et debitores sunt eoꝝ. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gẽtiles: debent et in carnalib ministrare eis. Hoc igitur cum cõsũmauero et assignauero eis fructum hunc: per vos profiscíscar in hyspaniam. Scio autem: quoniam veniens ad vos in abundãtia benedictõnis xpi veniam. Obsecro ꝯ vos fratres per dominuꝫ nostrum ihesum xpm ꝙ per caritatem sancti spiritus vt adiuuetis me in oratõnibus vestris pro me ad deum. vt liberer ab infidelib qui sunt in iudea: ꝙ obsequij mei oblatõ accepta fiat in hierusalem sanctis: vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem vt refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnib vobis amen.

Capitulum. .XVI.

Ommẽdo aũt vobis pheben sororẽ nostram que ẽ in ministerio ecclesie que est cenchris vt eam suscipiatis in dño digne sanctis: ꝙ assistatis ei in quocunq negocio vestri indiguerit. Etenĩ ipa quoq astitit multis: et mihiipi. Salutate priscam et aquilaꝫ adiutores meos in xpo ihesu: qui pro anima mea suas cerui ces suposuerunt: quib nõ solus ego gracias ago sed et cunctę ecclesie gentium: et domestica ecclesia eoꝝ. Salutate epheneetum dilectum mihi: qui est primitiuꝰ asie in xpo ihu. Salutate mariam que multũ laborauit in vobis. Salutate andronicum et iuliam ꝯgnatos et ꝯcaptiuos meos qui sunt nobiles in apostolis: q̃ ꝙ ante me fuerunt in cristo. Salutate ampliatum dilectissimum mihi in domino. Salutate urbanum adiutorem nr̃m in xpo ihu: ꝙ stachin dilectum meum. Salutate apellen ꝓbum in xpo. Salutate eos qui sũt ex aristoboli domo. Salutate herodionem ꝯgnatum meum. Salutate eos qui sunt ex narcisci domo: q̃ sunt in domino. Salutate tryphenam et tryphosam: que laborãt in domiõ. Salutate persidam carissimam: que multuꝫ laborauit in dño. Salutate ruffũ electum in dño: et matrẽ eius et meã. Salutate asmeretũ et flegõtam hermen patrobam herman: ꝙ qui cũ eis sũt fratres. Salutate philologũ et iuliã nereũ et sororem eius et olimpiadem: ꝙ oñes qui cũ eis sũt sanctos. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutant vos oẽs ecclesie xpi. Rogo aũt vos frẽs vt obseruetis eos qui dissentiões ꝙ offendicula preter doctrinã quã vos didicistis faciunt: et declinate ab illis. Huiusce modi enim xpo dño nr̃o non seruiũt sꝫ suo ventri: et ꝑ dulces ꝼmones et bñdictõnes seducunt corda innocentiũ. Electra em obedientia in omni loco diuulgata ẽ. Gaudeo igit in vob: sed volo vos sapiẽtes esse ĩ bono: ꝙ simplices in malo. Deus autem pacis ꝓterat sathanan sub pedib vestris velocit. Gra dñi nr̃i ihu xpi vobiscũ. Salutat vos thimothe⁹ adiutor meus: ꝙ lucius et iason et sosipater ꝯgnati mei. Saluto vos ꝯ ꝼcius:

q̄ scripsi epl'az in dño. Salutat vos gaius hospes meus: ⁊ vniuersa ecclesia. Salutat vos erastus archarius ciuitatis: ⁊ quart⁹ frat̄r. Gratia dñi nr̄i ihu xp̄i cū oīb⁹ vob amē. Ei aūt qui potēs est vos confirmare iuxta euāgelium meū ⁊ p̄dicatōez ihu xp̄i: scōm reuelatōem misterij tēporib⁹ eternis taciti qō nūc patefactū est per scripturas ꝓphetaꝝ scōm preceptuz eterni dei ad obedītōem fidei in cunctis gentib⁹ ꝯgniti soli sapiēti deo per ih̄m xp̄m: cui honor ⁊ gloria in secula seculoꝝ amen.

Explicit epistola ad romanos. Incipit ꝓlogus in epistolam ad corinthios.

Corinthij sūt achaici: et hij similiť ab apostolo audierunt verbum veritatis: ⁊ subuersi sūt multipharie a falsis apostolis. Quibaz a philosophie verbosa eloquentia: alij secta legis iudaice inducti sūt. Vos reuocat aplus ad verā fidem et euangelicam sapientiā: scribēs eis ab epheso per thimotheum.

Explicit prologus. Incipit epistola ad corinthios prima.

Paulus vocatus apostolus ih̄u xp̄i per volūtatem dei et sostenes frať ecclesie dei que ē corinthi: sanctificatis in xp̄o ih̄u vocatis sāctis: cū omnib⁹ qui inuocant nomē dñi nostri ih̄u xp̄i in om̄i loco ipoꝝ et nr̄o. Gr̄a vob ⁊ paz a deo p̄re nostro: et dom̄o ih̄u xp̄o. Gr̄as ago deo meo semp̄ pro vob in gr̄a dei que data ē vobis ī xp̄o ih̄u: qz in omnib⁹ diuites facti estis ī illo in omni verbo et in omni sciētia: sicut testimoniū xp̄i cōfirmatū est in vob ita vt nihil vobis desit in nulla gr̄a: expectātib⁹ reuelatōem dñi nr̄i ih̄u xp̄i: qui et ꝓfirmabit vos vsq̄ in finē sine crimine: in die aduentus dñi nr̄i ih̄u xp̄i. Fidelis deus: p quē vocati estis in societatem filij eius ih̄u xp̄i dñi nostri. Obsecro aūt vos fratres p nomen domini nostri ih̄u xp̄i: vt idipm dicatis oēs: et non sint in vobis scismata. Sitis aūt perfecti in eodez sensu: ⁊ in eadē scīa. Significatuz est em̄ mihi de vobis fratres mei ab hijs qui sunt cloes: quia ꝯtentōnes sunt inter vos. Hoc aūt dico: qō vnusq̄sq̄ vestrum dicit. Ego quidem sum pauli: ego autem apollo: ego vero cephe: ego autem xp̄i. Diuisus est xp̄us: Nunq̄d paulus crucifixus est pro vobis: aut in nomine pauli baptizati estis: Gr̄as ago deo meo q̄ neminem vr̄m baptizaui. nisi crispum ⁊ gaium: ne quis dicat q̄ in nomine meo baptizati estis. Baptizaui autē et stephane domuz: cetez nescio si quē aliuz baptizauerim. Nō em̄ misit me xp̄us baptizare sed euāgelizare: non in sapientia verbi: vt non euacuetur crux xp̄i. Verbum em̄ crucis pereūtibus quidem stultitia est: hijs aūt qui salui fiunt id est nobis virtus dei est. Scriptuz est em̄. Perdam sapientiā sapiētiū: ⁊ prudentiam prudētium reprobabo. Vbi sapiēs vbi scriba: vbi inquisitor huius seculi: Nōne stultam fecit deus sapientiā huius mūdi: Nā quia in dei sapientia n̄ ꝯgnouit mūdus p̄ sapientiā deū: placuit deo p̄ stultitiam predicatōnis saluos facere credentes. Quoniaz et iudei signa petunt: et greci sapientiā querunt. Nos aūt p̄dicamus xp̄m crucifixum: iudeis quidem scandalū: gentibus autē stultitiā: ipis autē vocatis iudeis atq̄ grecis. xp̄m dei vtutem ⁊ dei sapientiam. Quia quod stultuz est dei. sapiēti⁹ est hominib⁹: ⁊ qō infirmum ē dei: fortius est hominib⁹. Videte em̄ vocatōnem vestrā fratres: quia nō multi sapientes scōm carnem non multi potentes non multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit de⁹ vt ꝯfundat sapiētes: et infirma mundi elegit deus vt ꝯfundat fortia: ignobilia mundi ⁊ ꝯtemptibilia elegit deus et ea que nō sunt: vt ea que sunt destrueret: vt nō gloriet̄ oīs caro in ꝯspectu eius. Ex ipo aūt vos estis in xp̄o ih̄u: qui factus est nobis sapientia et iusticia et sanctificatio et redemptio: vt quemadmodum scriptum est: qui gloriat̄ in domino glorietur.

Capitulum .II.

Et ego cū venissez ad vos fratres: veni non in sublimitate sermonis aut sapiētie: annūcians vob testimoniū xp̄i. Non em̄ iudicaui me scire aliq̄d īter vos nisi ih̄m xp̄m: ⁊ hūc crucifixū. Et ego in infirmitate ⁊ timore et tremore

multo fui apud vos: et sermo meus ⁊ predicatō mea non in psuasibilibo humane sapientie verbis: sed in ostēsione spūs ⁊ virtutis: vt fides vr̄a non sit in sapiētia hoim sed in vtute dei. Sapientiaz aūt loquimur inter pfectos. Sapientiā vero nō hui⁹ seculi neq; pncipum huius seculi qui destruuntur: sed loquimur dei sapientiā in misterio que abscōdita ē: quaz pdestinauit deus ante secula in gloriā nr̄am quā nemo pncipū hui⁹ seculi cognouit. Si em̄ cognouissent: nunq; dn̄m glorie crucifixissent. Sicut scriptū ē: q̄ ocul⁹ n̄ vidit nec auris audiuit nec in cor hom̄is ascēdit: q̄ pparauit deus his qui diligūt illū. Nobis aūt reuelauit deus p spm̄ suū. Spūs em̄ oīa scrutatur: etiā pfunda dei. Quis ei scit hominū que sūt hoīs: nisi spūs hoīs qui in ipo est: Ita et que dei sūt nemo cognouit nisi spūs dei. Nos aūt nō spiritū huius mūdi accepimus sed spiritū qui ex deo ē: vt sciamus que a deo donata sūt nob: que ⁊ loquimur non in doctis humane sapiētie vbis. sed in doctrina spūs: spūalib⁹ spūalia cparātes. Animalis aūt homo nō pcipit ea que sunt spūs dei. Stultitia em̄ est illi: ⁊ nō potest intelligere: q̄ spūaliter examinat. Spiritualis aūt iudicat omnia: et ipe a nemine iudicat: sicut scriptū est. Quis em̄ cognouit sensum dn̄i: aut quis instruxit eū? Nos autem sensum x̄pi habemus.

Capitulum. .III.

Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spūalib⁹: sz quasi carnalib⁹. Tanq; puulis in x̄po lac vob potū dedi nō escā. Nondū ei poteratis intelligere: sz nec nūc quidē potestis. Adhuc em̄ carnales estis. Cū em̄ sit int̄ vos zelus et ctentō: nōne carnales estis et scōm hominē ambulatis? Cum em̄ quis dicat ego quidē sum pauli. alius aūt ego apollo: nōne hoīes estis? Quid igit̄ est apollo? Quid vero paulus? Ministri ei⁹ cui credidistis. Et vnicuiq; sic dn̄s dedit. Ego plātaui apollo rigauit: sed deus incremētū dedit. Itaq; neq; qui plātat est aliquid neq; q̄ rigat: sz qui incrementū dat deus. Qui plātat autē ⁊ qui rigat vnū sunt. Vnusquisq; aūt pp̄az mercedem accipiet scōm suū laborem. Dei em̄ sum⁹ adiutores. Dei agricultura estis: dei edificatō estis. Scōm gr̄az dei que data est mihi vt sapiens architectus fūdamentum posui: alius aūt superedificat. Vnusquisq; autem videat quomodo superedificet. Fūdamentū enim aliud nemo potest ponere p̄ter id qđ positus est: qđ est x̄ps ih̄s. Si q̄s autem superedificat supra fundamētum hoc aur̄ argentum lapides preciosos ligna fenum stipulam: vniuscuiusq; opus manifestū erit. Dies ei dñi declarabit: quia in igne revelabit̄: ⁊ vniuscuiusq; op⁹ quale sit ignis pbabit. Si cuius op⁹ manserit qđ superedificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detrimētū patiet̄: ipe autem salu⁹ erit: sic tamen q̄si p ignē. Nescitis q̄ templū dei estis: et spūs dei habitat ī vobis? Si quis aūt templū dei violauerit: disperdet illum deus. Templū em̄ dei sanctum est: qđ estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiēs. Sapientia enim huius mūdi stultitia ē apud deum. Scriptum est enim. Cōprehendam sapientes in astutia eorum. Et iter̄. Deus novit cogitatōnes sapientium: quoniā vane sunt. Nemo itaq; gloriet̄ in hominib⁹. Omnia em̄ vestra sūt: sive paul⁹ sive apollo sive cephas sive mundus sive vita sive mors sive presētia sive futura. Omnia em̄ vestra sunt: vos autem x̄pi: x̄pus autē dei.

Capitulum. .IIII.

Sic nos existimet homo vt mīstros x̄pi: et dispensatores misteriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inveniat̄. Mihi aūt pro nimio est vt a vob iudicer: aut ab humano die. Sed neq; meipm̄ iudico. Nihil enim mihi cōscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me: dominus est. Itaq; nolite ante tēpus iudicare: quoadusq; veniat dn̄s qui et illuminabit abscondita tenebraz ⁊ manifestabit cōsilia cordium: et tunc laus erit vnicuiq; a deo. Hec autem fratres trāsfigurau̇i in me ⁊ apollo p̄pter vos: vt in vobis discatis ne supra quā scriptum est vnus adversus alterum inflet̄ pro alio. Quis enim te discerint? Quid autem habes quod nō accepisti? Si autem accepisti: qđ gloriaris q̄si non acceperis? Jā saturati estis: iam diuites facti estis. Sine nob̄ r̄gnatis. Et vtinā

regnetis: vt et nos vobiscū regnem⁹. Puto enī q̄ deus nos aplos nouissimos ostendit tanq̄ mortī destinatos: q̄ spectaculum facti sumus mūdo et angelis et hominib⁹. Nos stulti ꝓpter xp̄m: vos aūt prudētes in xp̄o. Nos infirmi: vos autē fortes. Vos nobiles: nos aūt ignobiles. Vsq̄ ī hāc horā et esurimus et sitimus ⁊ nudi sum⁹: et colaphis cedimur ⁊ instabiles sumus: ⁊ laboram⁹ opantes manib⁹ nr̄is. Maledicimur: et benedicimus. Persecutōem patimur: et sustinemus. Blasphemamur: ⁊ obsecram⁹ Tanq̄ purgamēta hui⁹ mūdi: facti sumus omni peripsima vsq̄ adhuc. Nō vt ꝓfundā vos hec scribo: sz vt filios meos carissimos moneo. Nam si decem milia pedagogorum habeatis in xp̄o: sed nō multos pr̄es. Nam in xp̄o ih̄u p euāgeliū ego vos genui. Rogo g̊ vos: imitatores mei estote. Ideo misi ad vos thimotheū qui est filius meus carissimus ⁊ fidelis in dño: qui vos cōmonefaciat vias meas que sunt in xp̄o ih̄u: vbiq̄ in omni ecclesia doceo. Tanq̄ nō vēturus sim ad vos: sicut inflati sūt quidā. Veniaz aūt ad vos cito si dn̄s voluerit: ⁊ ꝓgnoscā nō sermonē eor̄ q̄ inflati sūt: sed v̄tutem. Non enī in ꝓmone ē regnū dei: sz in v̄tute. Quid vultis? In virga veniā ad vos. an in caritate et spiritu mansuetudinis.

Capitulum. .V.

Omnino audit̄ int̄ vos fornicatō: ⁊ talis fornicatō qualis nec int̄ gentes: ita vt vxorē p̄r̄is sui aliq̄s habeat. Et vos inflati estis: ⁊ non magis luctum habuistis: vt tollatur de medio v̄r̄m qui hoc opus fecit. Ego quidē absēs corpe p̄n̄s aūt spū: iā iudicaui vt p̄n̄s eū qui sic opatus ē in noīe dn̄i n̄r̄i ih̄u xp̄i cōgregatis vob⁹ ⁊ meo spū cū v̄tute dn̄i ih̄u tradere huiusmodi hoiez sathane in īteritū carnis: vt spūs salu⁹ sit in die dn̄i n̄r̄i ih̄u xp̄i. Non ē bona gl̄iatō v̄r̄a. Nescitis q̄ modicū fermentū totā massam corrūpit? Expurgate vet⁹ fermentū: vt sitis noua ꝓspersio sicut estis azimi. Etenī pasca n̄r̄m immolat⁹ est xp̄c. Itaq̄ epulemur: nō in fermento vetere neq̄ in fermēto malicie et neq̄cie: sed in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. Scripsi vobis ī epl̄a: ne ꝓmisceamini fornicarijs. Nō vtiq̄ fornicarijs hui⁹ mūdi aut auaris aut rapacib⁹ aut ydolis seruientib⁹: alioquin debueratis de hoc mūdo exisse. Nunc autez scripsi vobis nō ꝓmisceri. Si is qui frater noīatur inter vos ⁊ est fornicator aut avarus aut ydolis seruiēs aut maledicus aut ebriosus aut rapax: cū huiusmodi nec cibū sumere. Quid enī mihi de his q̄ foris sunt iudicare? Nōne de his qui īt⁹ sūt vos iudicatis? Nam eos q̄ foris sūt de⁹ iudicabit. Auferte malū ex vobis. ¶ Ca. .VI.

Audet aliquis v̄r̄m hn̄s negociū aduersus alt̄z iudicari apd iniq̄s: ⁊ nō apud sanctos. An nescitis. qm̄ sancti de hoc mūdo iudicabūt? Et si in vob⁹ iudicabit̄ mūdus: indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis qm̄ āgelos iudicabimus? Quātomagis secularia? Secularia igit̄ iudicia si habueritis: cōtēptibiles qui sunt in ecclesia illos cōstituite ad iudicandū. Ad verecundiā v̄r̄am dico. Sic nō est inter vos sapiens quisq̄: qui possit iudicare inter fr̄em suum: sed frater cū fr̄e in iudiciō ꝓtendit: et hoc apud infideles. Iam quidem oīno delictū ē in vob⁹: q̄ iudicia habetis int̄ vos. Quare nō magis iniuriā accipitis? Quare non fraudem patimini? Sz vos iniuriā facitis ⁊ fraudatis: et hoc fratribus. An nescitis q̄ iniqui regnū dei nō possidebunt? Nolite errare: neq̄ fornicari neq̄ ydolis seruientes. neq̄ adulteri. neq̄ molles: neq̄ masculor̄ ꝓcubitores. neq̄ fures. neq̄ auari. neq̄ ebriosi. neq̄ maledici. neq̄ rapaces regnū dei possidebūt. Et hec aliq̄n quidē fuistis: sz abluti estis: sz sanctificati estis. sz iustificati estis. in noīe dn̄i n̄r̄i ih̄u xp̄i ⁊ in spū dei n̄r̄i. Oīa mihi licēt: sed nō oīa expediūt. Oīa mihi licēt: sz ego sub nullius redigar p̄t̄ate. Esca vētri ⁊ venter escis: deus aūt ⁊ hūc ⁊ hās destruet. Corp⁹ aūt nō fornicatōni sz dño: ⁊ dn̄s corpori. Deus vero ⁊ dn̄m suscitauit: ⁊ nos suscitabit p v̄tutez suā. Nescitis qm̄ corpa vestra mēbra sūt xp̄i? Tollēs g̊ mēbra xp̄i: faciaz mēbra meretricis? Absit. An nescitis: qm̄ qui adheret meretrici vnū corpus efficit̄? Erūt enī inquit duo in carne vna. Qui aūt adheret dño: vnus spūs est. Fugite fornicatōem. Omne ei peccatū q̄cūq̄ fecerit hō ext̄ corpus ē: qui aūt fornicat̄. in corpus suū peccat. An nescitis qm̄ mēbra v̄r̄a tēpli sūt spūssancti q̄ in vob⁹ ē quē habetis a deo: et nō estis vestri? Empti enī estis p̄cio

magno: glorificate et portate deū in corpore vestro. Ca. .VII.

DE quibꝫ aūt scripsistis mihi: bonū est homini mulierem nō tangere. Propter fornicatiōez aūt vnusq̄sq̄ suā vxorē habeat: et vnaquęq̄ suū vir̄ habeat. Uxori vir debitū reddat: similit̄ autē et vxor viro. Mulier sui corpis pt̄atem nō habet sz vir: similit̄ aūt et vir sui corporis pt̄atem nō habet sz mulier. Nolite fraudare inuicē nisi forte ex ꝓsensu ad tempus vt vacetis orationi: et itęꝝ reuertimī in idipm: ne tēptet vos sathanas ꝓpter incōtinētiaz vr̄az. Hoc autē dico scōm indulgentiā: nō scōm imperiū. Uolo aūt oēs hoīes esse sicut meipm. Sed vnusq̄sq̄ ꝓprium donum habet ex deo: alius quidē sic: alius vero sic. Dico autē nō nuptis et viduis: bonū ē illis si sic pmāserint sicut et ego. Qđ si nō se cōtinēt: nubant. Melius ē em̄ nubere q̄ vri. Hijs autē qui mr̄imonio iūcti sunt p̄cipio nō ego sz dn̄s: vxorem a viro nō discedere. Qđ si discesserit manere innuptā: aut viro suo recōciliari. Et vir vxorē nō dimittat. Nā ceteris ego dico non dn̄s. Si q̄s frater vxorē habet infidelē. et hec ꝓsentit habitare cū illo: non dimittat illā. Etsi q̄ mulier habet vir̄ infidelē et hic ꝓsentit hītare cum illa: nō dimittat vir̄. Sāctificat⁹ ē em̄ vir infidelis ꝑ mulierē fidelē: et sāctificata est mulier infidel ꝑ vir̄ fidelē. Alioq̄n filij vr̄i imundi essent: nūc autē sācti sūt. Qđ si infidel discedit: discedat. Nō ei fuituti subiectus ē frater aut soror ī eiusmodi. In pace aūt vocauit vos de⁹. Unde em̄ scis mulier si vir̄ saluū facies: Aut vñ scis vir si mulierē saluā facies: Nisi vnicuiq̄ sicut diuisit dn̄s. Unūquenq̄ sicut vocauit de⁹ ita ābulet: et sicut in omnibꝫ ecclesijs doceo. Circūcisus aliq̄s vocat⁹ ē: ñ adducat ꝓputiū. In ꝓputiō aliq̄s vocatus ē: nō circūcidat̄. Circūcisio nihil ē. et preputiū nihil est: sz obseruatio mandator̄ dei. Unusq̄sq̄ in qua vocatiōne vocatus ē: in ea pmaneat. Seruus vocatus es: nō sit tibi cure. Sz etsi potes fieri liber: magis vtere. Qui enī in dn̄o vocatus ē fuus: libertus ē dn̄i. Similiter qui liber vocatus est: seruus ē xp̄i. Precio empti estis: nolite fieri fui hoīm. Unusq̄sq̄ q̄ in quo vocatus ē frat̄: in hoc pmaneat apud deum. De vginibꝫ aūt ꝓceptū dn̄i

non habeo: ꝓsiliū autez do tanq̄ misericor diā ꝓsecutus a deo: vt sim fidelis. Existimo em̄ hoc bonū esse ꝓpter instantē necessitatē: qm̄ bonum est hoī sic esse. Alligatus es vxori: noli querere solutiōez. Solut⁹ es ab vxore: noli querere vxorē. Si aūt accepis vxorē nō peccasti: etsi nupserit virgo non peccauit. Tribulatiōem tn̄ carnis habebūt huiusmodi. Ego autez vob ꝓco. Hoc itaq̄ dico frēs. Tēpus breue ē. Reliquū ē: vt et qui hn̄t vxores. tanq̄ nō hn̄tes sint: et qui flent. tanq̄ nō flentes: et q̄ gaudent: tanq̄ nō gaudētes: et q̄ emunt. tanq̄ nō possidētes: et q̄ vtunt̄ hoc mūdo. tanq̄ nō vtant̄. Preterit em̄ figura hui⁹ mundi. Uolo aūt vos sine solicitudie esse. Qui sine vxore ē. solicitus ē que dn̄i sunt: quō placeat deo. Qui autē cū vxore ē: solicit⁹ est q̄ sūt mundi. quō placeat vxori: et diuisus ē. Et mlier innupta et vgo cogitat que dn̄i sunt: vt sit sancta corpe et spiritu. Que autem nupta est cogitat que sunt mundi: quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatē vr̄am dico. non vt laqueū vobis iniciam: sed ad id qđ honestū est. et quod facultatē p̄beat: sine impedimēto dn̄m obsecrādi. Si q̄s aūt turpez se videri existimat sup vgine sua q̄ sit supadulta et ita oportet fieri: qđ vult faciat. Non peccat si nubat. Nā qui statuit ī corde suo firmus nō habens necessitatez. pt̄atem aūt hn̄s sue volūtatis: et hoc iudicauit in corde suo seruare vginitatē suā: bn̄ facit. Igit̄ et qui mr̄imonio iūgit vginem suā bn̄facit: et q̄ non iūgit melius facit. Mulier alligata est legi: q̄nto tpe vir ei⁹ viuit. Qđ si dormierit vir eius: liberata est. Cui aūt vult nubat: tantū in dn̄o. Beatior aūt erit: si sic pmanserit scōm meum ꝓsilium. Puto aūt q̄ et ego spiritum dei habeam.

Capitulum. .VIII.

DE hijs aūt que ydolis īmolāt̄ scimus: q̄ omnes scientiā habemus. Scientia inflat: caritas vero edificat. Si quis aūt se existimat scire aliq̄d: nōdū ꝓgnouit quēadmodū oportēat eum scire. Si quis aūt diligit deū: hic ꝓgnitus ē ab eo. De escis aūt q̄ ydolis īmolant̄: scimus q̄ nihil ē ydolū ī mūdo: et q̄ null⁹ deus nisi vn⁹. Nā etsi sunt q̄ dicant̄ dij siue ī celo siue in t̄rā: siquidem sūt dij multi et dn̄i multi: nob tn̄ vn⁹ deus pater ex quo oīa et

nos in illo .⁊ vnus dñs ihūs xp̄c per quez oīa:⁊ nos p ipm. Sz nō in oīb ē sciencia. Quidā aūt cū ꝓscientia vsqz nūc ydoli. q̄si ydoloticū māducāt :⁊ ꝓscientia ipoꝝ cū sit infirma polluit. Esca aūt nos nō ꝓmēdat deo. Neqz ei si māducauerim⁹ abūdabim⁹: neqz si nō māducauerim⁹ ꝺficiem⁹. Videte aūt: ne forte hec licēcia nr̄a offēdiculū fiat infirmis. Si em̄ quis viderit eū qui habet scīam in ydolo recūbentem: nōne ꝓscientia eius cū sit infirma edificabitur ad māducandū ydolotita: Et peribit ifirmus ī tua ꝓscientia frater: ꝓpter quē xp̄c mortuus ē. Sic aūt peccātes in fratres et ꝓcucientes ꝓscientiaz eoꝝ infirmā: in xp̄m peccatis. Quapropter si esca scādalizat frem meuz nō manducabo carnē ineternū :ne fratrez meū scandalizem. ¶ Ca. .IX.

NOn sum liber. Nō sū apl'us. Nōne xp̄m ih̄m dñz nr̄m vidi: Nōne op⁹ meū vos estis in dño: Etsi alijs nō sū apl'us: sztn̄ vob sum. Nā signaculū apostolatus mei vos estis in dño. Mea defēsio apud eos qui me interrogāt. hec est. Nūqd nō hēmus potestatē māducādi et bibendi: Nunquid non hēmus potestatē mulierem sororē circumducendi: sicut ⁊ ceteri apli ⁊ frēs dñi et cephas: Aut ego solus aut barnabas. non habemus p̄catem hoc opandi: Quis militat suis stipēdijs vnq̄: Quis plā tauit vineā: ⁊ de fructu eius nō edit: Quis pascit gregē: ⁊ ꝺ lacte gregis nō māducat: Nūquid scd̄m hoīem hec dico: An ⁊ lex nō hec dicit: Scriptū est ei in lege moysi. Nō alligab os boui trituranti. Nunqd de bobz cura est deo: An ꝓpter nos vtiqz dicit: Naz ꝓpter nos scripta sunt: qm̄ debet in spe qui arat arare: et q̄ triturat. in spe fruct⁹ pcipiēdi. Si nos vob spūalia seminauimus: magnū ē si nos carnalia vr̄a metam⁹: Si alij p̄tis vestre pticipes sūt. q̄re non potius nos: Sed nō vsi sumus hac p̄tate. Sz omnia sustinemus: ne q̄ offendiculū dem⁹ euangelio xp̄i. Nescitis qm̄ qui in sacrario opantur: que de sacrario sūt edūt: Et q̄ altario deseruiunt cū altario pticipant: ita ⁊ dñs ordinauit hijs qui euāgeliū ānūciāt: de euāgelio viuere. Ego aut̄ nullo horum vsus sū. Non aūt scripsi hec: vt ita fiant in me. Bonuz est em̄ mihi magis mori: q̄ vt gloriā meam quis euacuet. Nāetsi euāgelizauero: non est mihi gloria. Necessitas ei mihi incūbit. Ve em̄ mihi est si nō euāgelizauero. Si em̄ volēs hec ago mercedē habeo: si aut̄ inuitus. dispēsatō mihi credita ē. Que est g̃ merces mea: Vt euangeliū p̄dicans .sine sūptu ponā euāgeliuz: vt nō abutar potestate mea in euāgelio. Naz cū liber essem in omnib. omniū me seruū feci: vt plures lucrifacerez. Et factus sū iudeis tanq̄ iudeus; vt iudeos lucrarer. Hijs qui sub lege sūt. quasi sub lege essem cū ipe nō essem sub lege: vt eos qui sub lege erant lucrifacerē. Hijs qui sine lege erāt tanq̄ sine lege essem: cū sine lege dei nō essem. sz in lege essem xp̄i: vt lucrifacerē eos q̄ sine lege erāt. Factus sū infirmis infirm⁹: vt infirmos lucrifacerē. Omnib oīa factus sū: vt omnes facerē saluos. Omnia aūt facio ꝓpter euāgelium: vt particeps ei⁹ efficiar. Nescitis q̄ hij qui in stadio currūt omnes quidē currunt: sed vnus accipit brauium: Sic currite: vt cōprehendatis. Omnis aūt q̄ in agone ꝓtēdit ab oīb se abstinet: ⁊ illi q̄dem vt corruptibilē coronā accipiāt: nos aūt incorruptā. Ego igit sic curro non q̄si in incertum. sic pugno nō q̄si aerē verberās. Sz castigo corpus meū. ⁊ ī suitutē rdigo: ne forte cum alijs p̄dicauerim. ipse reprobus efficiar. ¶ Ca. .X.

NOlo em̄ vos ignorare fratres quoniam p̄res nostri omnes sub nube fuerūt et omnes mare transierūt: et omnes in moysē baptizati sunt in nube et in mari. Et omnes eādē escam spiritalē manducauerūt: et oēs eundem potū spiritalē biberūt. Bibebāt aūt de spiritali cōsequēte eos petra: petra aūt erat xp̄c. Sz nō in pluribz eoꝝ bñplacitū ē deo. Nā pstrati sūt ī deserto. Hec aūt in figura facta sūt nr̄i: vt nō simus ꝓcupiscētes maloꝝ: sicut ⁊ illi ꝓcupierūt. Neqz ydolatre efficiamini sicut quidā ex ipis: quēadmodū scriptū est. Sedit ꝑplus māducare et bibere: ⁊ surrexerūt ludere. Neqz fornicemur sicut quidā ex ipis fornicati sūt: ⁊ ceciderunt vna die viginti tria milia. Neqz tēptem⁹ xp̄m sicut q̄daz eoꝝ tēptauerūt: ⁊ a serpentibz pierūt. Neqz murmurauerītis sicut quidā eoꝝ murmurauerūt: ⁊ pierūt ab exterminatore. Hec aūt oīa ī figura ꝓtīgebāt illi: scripta sunt autē ad correptōem nr̄am: in q̄s fines seculoꝝ

ueneruṫ. Itaq; qui se existimat stare: vi deat ne cadat. Temptatō vos nō appēhendat nisi humana. Fidelis aūt deus ē. q̄ non patiet vos tēptari supᵃ id qđ potestis: sed faciet cum tēptatōe etiā puentū: vt possitis sustinere. Propt̄ qđ carissimi mihi: fugite ab ydolox cultura. Et prudētibo loq̄r vosipi iudicate qđ dico. Calix benedictōis cui bñdicimus: nōne cmunicatō sāguinis xpi ē: Et panis quē frāgim⁹: nōne participatō corpis dñi ē: Qm̄ vnus panis 7 vnuz corpus multi sum⁹: oēs qui de vno pane 7 đ vno calice parṫicipam⁹. Videte isrl' scđm carnē. Nōne qui edūt hostias. pticipes sūt altaris: Quid g̃: Dico q ydol' immolatum sit aliqđ: aut q ydolū sit aliquid: Sz q̄ immolāt gētes. demonijs immolāt: 7 nō deo. Nolo aūt vos socios fieri đmonioz. Quia nō potestis calicē dñi bibere: 7 calicē đmonioz: nō potestis mēse dñi pticipes esse: 7 mēse demonioz. An emulamur dñm: Nūquid fortiores illo sum⁹: Oīa mihi licent: sed nō omnia expediūt. Oīa mihi licēt: sed nō oīa edificāt. Nemo qđ suū ē q̄rat: sz qđ alterius. Omne qđ in macello venit manducate: nihil ītergogātes ppt̄ cscīam. Dñi ē terra: 7 plenitudo eius. Si q̄s vocat vos infideliū et vultis ire: omne qđ vob̄ apponit māducate: nihil interrogātes ppt̄ cōscientiā. Si quis aī dixerit hoc īmolaticū ē ydol': nolite māducare ppt̄ illū qui iudicauit: et ppter cscīam. Cōsciētiā aūt dico: nō tuaz. sz alteri⁹. Ut quid em̄ libtas mea iudicatur ab aliena cscientia: Si ego cum gr̃a pticipo: qđ blasphemur pro eo q gr̃as ago: Sive ergo māducatis sive bibitis. vel aliud quid facitis: oīa in gl'iam dei facite. Sine offensione estote iudeis et gentibo et ecclesie dei: sicut 7 ego p oīa oīb placeo nō querens quod mihi vtile est: sed quod multis vt salui fiant.

Ca. .XI.

Imitatores mei estote: sicut et ego xpi. Laudo aūt vos frēs q p oīa mei memores estis: et sicut tradidi vob̄ pcepta mea tenetis. Volo aūt vos scire: q oīs viri caput xp̄us ē: caput aūt mulieris vir. Caput vero xpi deus. Omnis vir orās aut pphetans velato capite: dedecorat caput suū. Oīs aūt mulier orās aut pphetans nō velato capite: đturpat caput suū. Unum em̄ est: ac si decalueē. Nā si nō velatur mulier: tondeat. Si vero turpe ē mulieri tonderi aut decaluari: velet caput suū. Vir quidē nō debet velare caput suū: qm̄ ymago 7 gl'ia dei est: mulier aut̄ gl'ia viri est. Non em̄ vir ex muliere est: sed mulier ex viro. Etenī non est creatus vir ppt̄ mulierē: sed mulier ppter virū. Ideo debet mulier velamē habere supᵃ caput suū: 7 ppter angelos. Verūtamē neq; vir sine muliere: neq; mulier sine viro in dño. Naz sicut mulier de viro: ita et vir p mulierem. Oīa aūt ex deo. Vosipi iudicate: decet mulierē nō velatā orare deū: Nec ipa natura docet vos. Qđ vir quidez si comā nutriat ignominia est illi: mulier vero si comā nutriat gl'ia ē illi: quoniā capilli p velamine ei dati sūt. Si q̄s aūt videt̄ ctentōsus esse: nos talē cōsuetudinē nō hēm⁹: neq; ecclesia dei. Hoc aūt pcipio: nō laudās q nō in melius sz in deteri⁹ cuenitis. Primū q̄dem cueniētibo vob̄ ī ecclesiam audeo scissuras esse inᵗ vos: et ex pte credo: Nā opꝛtet hereses esse: vt 7 q̄ pbati sūt manifesti fiāt in vob̄. Cōuenientibo g̃ vobis in vnū: iā non ē dominicā cenaz māducare. Unusq̄sq; em̄ suā cenaz psumit ad manducandū. Et ali⁹ quidē esurit: alius aūt ebri⁹ē. Nunqid domos nō habetis ad māducandū 7 bibēdū: Aut ecclesiā dei ctēnitis: et cfūditis eos q̄ non hñt: Quid dicā vob̄: Laudo vos: ī hoc nō laudo. Ego em̄ accepi a dño qđ 7 ẽdidi vob̄: qm̄ dñs ihūs in q̄ nocte tradebaṫ. accepit panē: 7 gr̃as agēs fregit 7 dixit. Accipite et manducate. Hoc est corpus meū: qđ pro vobis tradet̄. Hoc facite in meā cōmemoratōez. Similiter 7 calicē: postq̄ cenauit dicens. Hic calix nouū testamentuz ē in meo sanguine. Hoc facite quociēscūq; bibetis: in meā cmemoratōem. Quociens cunq; em̄ māducabitis panē hūc 7 calicem bibetis: mortē dñi annūciabitis donec veniat. Itaq; quicūq; māducauerit panē vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corpis et sanguinis dñi. Probet aūt seipm̄ hō: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui ei māducat 7 bibit īdigne iudiciū sibi māducat 7 bibit: nō diiudicās corp⁹ dñi. Ido inter vos multi infirmi et ībecilles: 7 dormiūt multi. Qđ si nosmetipos diiudicaremus: nō vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur aūt. a dño corripimur: vt non cū hoc

mundo dānemur. Itaq; frēs mei cū ꝓueni
tis ad manducandū: īuicem expectate. Si
quis aūt esurit domi māducet vt non in iu
diciū ꝓueniatis. Cetera autem cum vene-
ro disponam. ¶ Ca. .XII.

DE spūalib⁹ aūt nolo vos ignorare
frēs. Scitis aūt qm̄ cū gētes esse-
tis: ad simulacra muta prout duce
bamini eūtes. Ideo notum vobis facio: q̄
nemo in spiritu dei loquēs dicit anathema
ihū. Et nemo potest dicere dns ihūs. nisi ī
spīrituſancto. Diuisiones vero gr̄aꝝ sūt:
idem aūt spiritus. Et diuisiones mīstratō-
num sūt: idez aūt dns. Et diuisiones opa-
tōnum sunt: idem vero deus qui opat̄ om-
nia in omnib⁹. Unicuiq; aūt datur manife
statō spīritus: ad vtilitatez. Alij quidē per
spīritū datur ſmo sapiētie: alij aūt sermo
scientie scōm eundē spīritū. Alteri fides in
eodē spīritu: alij gr̄a sanitatū ī vno spīri-
tu. Alij operatō virtutuz. alij ꝓphecia. alij
discretō spīrituū: alij genera linguaꝝ: alij
interp̄tatio sermonū. Hec aūt oīa opatur
vnus atq; idē spūs: diuidēs singulis prout
vult. Sicut em̄ corpus vnū ē. ⁊ mēbra ha-
bet multa: oīa aūt mēbra corpis cum sint
multa vnū tn̄ corpus sūt: ita ⁊ xp̄c. Etenī
in vno spīritu oēs nos in vnū corp⁹ bapti-
zati sumus. sive iudei sive gētiles sive ſer-
vi sive liberi: et oēs vno spīritu potati sum⁹.
Nā et corpus nō ē vnū membꝝ sed multa.
Si dixerit pes. qm̄ nō sum manus. non sū
de corpe: nū ideo nō est ō corpe: Et si dixe-
rit auris. qm̄ nō sum oculus. nō sū de cor-
pore: nū ideo nō ē ō corpe: Si totū corpus
oculus: vbi auditus: Si totuz audit⁹. Ubi
oderatus: Nūc aūt posuit de⁹ mēbra: vnū-
quodq; eoꝝ in corpe sicut voluit. Q.ō si es-
sent omnia vnū membꝝ: vbi corpus: Nūc
aūt multa quidē mēbra: vnū aūt corp⁹. Nō
p̄t autez dicere oculus manui. opa tua nō
īdigeo: aut itēꝝ caput pedib⁹: nō estis mi-
hi necessarij. Sz multomagis que videntur
mēbra corpis īfirmiora esse: necessariora
sūt. Et q̄ putamus ignobiliora mēbra esse
corpis: hijs honorē abūdātiorē circūdam⁹.
Et q̄ inhonesta sūt nr̄a: abūdantiorē hone-
statē hn̄t. Honesta aūt nr̄a nulli⁹ egēt. Sz
de⁹ tēpauit corp⁹. ei cui deerat. abūdan-
tiorem tribuēdo honorē: vt nō sit scisma in
corpe: sz ī idip̄m p̄uicē solicita sūt mēbra.
Et si quid patit vnū mēbꝝ. ꝓpatiunt oīa
mēbra: sive gliatur vnū mēbꝝ: cōgaudent
oīa mēbra. Vos aūt estis corpus xp̄i: ⁊ mē
bra de mēbro. Et q̄sdā quidē posuit de⁹ ī ec
clesia. p̄mū ap̄los. scōdo ꝓphas. tercō doctō-
res. deinde ⁊utes. exinde gr̄as curationū:
opitulatōes. gubernatōes. genera liguaꝝ:
interp̄tatōes ſmonū. Nūquid oēs ap̄li: Nū-
quid oēs ꝓphe. Nūquid oēs doctores: Nun-
quid oēs ⁊utes: Nūquid oēs gr̄az hn̄t cu-
ratōnū: Nūquid oēs liguis loquūtur: Nū-
q̄d oēs interp̄tant̄: Emulamini aūt carisma-
ta meliora. Et adhuc excellentiorem viam
vobis demonstro. ¶ Ca. .XIII.

Si linguis hoim loq̄r et angelorū:
caritatē aūt nō habeā: factus sum
velut es sonās aut cimbalū tinni-
ens. Et si habuero ꝓphetiā. ⁊ nouerim mi-
steria oīa ⁊ omnē scientiā ⁊ habuero om-
nē fidem ita vt mōtes trāsferam. caritatez
autē nō habuero: nihil sū. Etsi distribuero
ī cibos pauperū oēs facultates meas. etsi
tradidero corpus meū ita vt ardeam: cari
tatē aūt nō habuero: nihil mihi p̄dest. Ca-
ritas paciēs est: benigna ē. Caritas ñ emu
latur. nō agit ꝓperam: nō inflat̄. nō ē am
bitiōsa: nō querit q̄ sua sunt. Nō irritat̄. nō
cogitat maluz: nō gaudet sup iniq̄tate: cō-
gaudet aūt veritati. Oīa suffert. oīa credit.
oīa sperat: omnia sustinet. Caritas nunq̄
excidit. Sive ꝓphecie euacuabunt̄: sive li-
gue cessabūt: sive sciētia destruet̄. Ex par-
te em̄ ꝓgnoscimus: ⁊ ex pte ꝓphetam⁹. Cū
aūt venerit qd̄ pfectum est: euacuabit̄ qd̄
ex parte est. Cum essem puulus loq̄bar vt
puulus: sapiebam vt puulus: cogitabā vt
puulus. Quando aūt factus sum vir: eua-
cuaui q̄ erāt puuli. Videm⁹ nunc p speculū
in enigmate: tūc autē facie ad faciē. Nunc
ꝓgnosco ex parte: tūc autē ꝓgnoscā: sicut
et ꝓgnitus sū. Nūc autē manēt fides. spes.
caritas tria hec. Maior aūt horum est ca-
ritas. ¶ Ca. .XIIII.

Sectamini caritatem: emulamini
spūalia: magis autē vt ꝓphetetis.
Qui em̄ loquit̄ lingua: nō hoib⁹
loquit̄. sed deo. Nemo em̄ audit. Spiritus
autē loquit̄ misteria. Nā qui ꝓphetat: ho-
minib⁹ loquitur ad edificatōnem ⁊ exhor-
tatōem ⁊ cōsolatōnem. Qui loquit̄ lingua
semetip̄m edificat: qui autem prophetat

ecclesiam dei edificat. Volo aũt oẽs vos loqui lĩguis: magis aũt ꝓphare. Nã maior ꝙ ꝓphetat ꝙ qui loquit lĩguis: nisi forte interpretet: vt ecclesia edificatiõnem accipiat. Nũc aũt frẽs. si venero ad vos linguis loquens. qd vob ꝓdero: nisi vob loquar aut in reuelatiõne. aut in sciẽtia. aut in ꝓphecia. aut in doctrina? Tamẽ que sine aĩa sũt vocẽ dantia. siue tybia siue cithara: nisi distinctiõnem sonituũ dederint quo scietur id qd canit aut qd cythorizat? Etenim si incertã vocẽ det tuba. qs parabit se ad bellum? Ita ꝙ vos p linguã nisi manifestũ ꝼmonẽ dederitis: quo scietur id qd dicit? Eritis em in aera loquẽtes. Tã multa vtputa genera lĩguarũ sũt in hoc mũdo: ꝙ nihil sine voce ẽ. Si g nesciero vtutẽ vocis ero ei cui loqr barbarus: ꝙ q loquit mihi barbar?. Sic ꝙ vos qm emulatores estis spirituũ ad edificatiõnẽ ecclesie: qrite vt abũdetis. Et ideo q loquit lĩgua: oret vt interpretet. Nam si orem lĩgua spũs me? orat: mẽs aũt mea sine fructu ẽ. Quid g est: Orabo spũ: orabo ꝙ mente. Psallã spũ: psallã ꝙ mẽte. Cetꝛ si bñdixeris spũ: qs supplet locũ ydiote: Quo dicz amen super tuaz bñdictiõem: Qm qd dicas nescit. Nã tu quidẽ bñ grãs agis: sz alter ñ edificatur. Grãs ago deo meo ꝙ oim vm lĩgua loquor. Sz in ecclesia volo qnqz verba sensu meo loqui. vt ꝙ alios instruaz: ꝙ decẽ milia vboꝛ in lĩgua. Frẽs: nolite pueri effici sensibo sz malicia puuli estote: sensibo aũt pfecti estote. In lege em scriptum ẽ. Qm in alijs linguis ꝙ labijs alijs loquar populo huic: ꝙ nec sic audiẽt me dicit dñs. Itaqz lĩgue in signũ sunt nõ fidelibo. sz infidelibo: ꝓphecie aũt nõ infidelibo. sz fidelibo. Si g cõueniat vniuersa ecclesia in vnũ et oẽs linguis loquãtur: intrẽt aũt ydiote aut infideles. nõne dicent qd insanitis: Si aũt oẽs ꝓphetent: intret aũt quis infidel vel ydiota conuincitur ab omnibo: diiudicatur ab omnibo. Occulta cordis ei? manifesta sunt: et ita cadẽs in faciẽ adorabit deũ: pnunciãs ꝙ vere deus in vob sit. Quid g ẽ fratres: Cũ conuenitis. vnusquisqz vm psalmũ habet. doctrinã habet. apocalipsim habet: linguam habet: interptatiõez habet: omnia ad edificatiõem fiant. Siue lingua qs loquit. scdm duos. aut vt multũ tres. ꝙ per ptes: et vnus interpret. Si autez non fuerit interpres taceat in ecclesia: sibi aũt loquat et deo. Prophete aũt duo aut tres dicãt: et ceteri diiudicẽt. Qd si alij reuelatũ fuerit sedenti: por taceat. Potestis enim oẽs p singulos ꝓphetare: vt oẽs discant: et oẽs exhortẽt. Et spũs ꝓphetaꝝ ꝓphetis subiecti sũt. Non em dissensionis ẽ deus: sz pacis: sicut et in oib ecclesijs sanctorũ doceo. Mulieres in ecclesijs taceãt. Nõ enim pmittitur eis loqui sz subditas esse: sicut ꝙ lex dicit. Si quid aũt volunt discere: domi viros interrogent. Turpe ẽ em mulieri loqui ĩ ecclesia. An a vob verbũ dei pcessit: aut in vos solos puenit: Si quis videt ꝓpheta esse aut spũal: cognoscat que scribo vob: qr dñi sunt mãdata. Si qs aũt ignorat: ignorabit. Itaqz frẽs emulamĩ ꝓphetare: ꝙ loqui linguis nolite phibere. Omnia aũt honeste et scdm ordinem fiant in vob.

Capitulum .XV.

Notum aũt vobis facio frẽs euangeliũ qd pdicaui vobis. qd et accepistis. in quo ꝙ statis. p qd ꝙ saluamini: q ratiõe pdicauerim vob si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi em vob in pmis quod et accepi: qm xpus mortuus ẽ pro peccatis nostris scdm scripturas: ꝙ qr sepultus ẽ et qr resurrexit tercia die scdm scripturas: et qr visus ẽ cephe: et post hoc vndecim. Deinde visus est plusꝙ qngentis frib simul: ex quib multi manẽt vsqz adhuc: quidã aũt dormierũt. Deinde visus ẽ iacobo: deinde aplis omnib. nouissime aũt oim. tanꝙ abortiuo visus ẽ et mihi. Ego em sũ minim? apl'oꝝ: qui nõ sum dign? vocari aplus: qm psecut? sũ ecclesiã dei. Gra aũt dei sum id qd sum: et gra ei? in me vacua nõ fuit: sz abundãtius illis oĩb laboraui. Nõ ego aũt: sz gra dei mecũ. Siue em ego siue illi: sic pdicauimus: et sic credidistis. Si aũt xps pdicat ꝙ resurrexit a mortuis: qõ quidã dicunt in vob. qm resurrectiõ mortuoꝝ nõ ẽ: Si aũt resurrectiõ mortuoꝝ nõ est: neqz xpus resurrexit. Si autẽ xps non resurrexit: inanis ẽ pdicatiõ nra: inanis ẽ et fides vestra. Inuenimur aũt ꝙ falsi testes dei: qm testimoniũ dixim? aduersus deũ ꝙ suscitauit xpm quẽ nõ suscitauit: si mortui nõ resurgũt. Nã si mortui nõ resurgũt: neqz xps rsurrexit. Qd si xps nõ resurrexit: vana ẽ fides vra. Adhuc em

estis in peccatis vris. Ergo q dormierũt in xpo perierũt. Si in hac vita tm in xpo sperãtes sum⁹: miserabiliores sum⁹ omibo hoibo. Nunc aũt xpc resurrexit a mortuis pmicie dormiẽtiũ: qm quidẽ p hoiez mors et p hoiem resurrectio mortuoz. Et sicut in adã omnes moriunt: ita et in xpo oes vivificabunt. Unusquisq aũt in suo ordine: pmicie xpc. Deinde hij qui sũt xpi: q in adventũ ei⁹ crediderũt. Deinde finis cũ tradiderit regnũ deo et pri: cũ evacuaverit omnẽ pncipatũ q pat̃em q vtutem. Oportet aũt illũ regnare: donec ponat omes inimicos sub pedibo eius. Novissime aũt inimica destruet mors. Oia ei subiecit sub pedibo ei⁹. Cũ at dicat oia subiecta sũt ei: sine dubio pter eũ qui subiecit ei oia. Cũ aũt subiecta fuerint illi oia: tũc et ipe fili⁹ subiect⁹ erit illi qui subiecit sibi omnia: vt sit de⁹ oia in oibo. Alioquin qd facient qui baptizant p mortuis: Si omnino mortui nõ resurgũt: vt quid et baptizant p illis: Et quid q nos periclitamur oi hora: Quotidie morior pt̃ vr̃am gl'iam fres: quam habeo in xpo ihu dño nr̃o. Si scom hoiez ad bestias pugnavi epheси: quid mihi pdest si mortui nõ resurgũt: Mãducemus q bibam⁹: cras ei moriemur. Nolite seduci: Corrũpũt mores bonos colloquia mala. Evigilate iusti: q nolite peccare. Ignorantiã em dei quidã habent. Ad reverentiã vob loquor. Sz dicit aliquis. Quo resurgunt mortui aut quali corpe veniẽt: Insipiẽs tu qd seminas non vivificat̃: nisi pus moriat̃. Et qd seminas: Nõ corpus qd futurũ ẽ seminas: sz nudum granũ: vtputa tritici. aut alicui⁹ ceteroz. Deus aũt dat illi corpus sicut vult: q unicuiq seminũ pprium corpus. Nõ omnis caro eadẽ caro: sed alia hoim alia pecoz alia caro aũt volucrũ: alia aũt piscium. Et corpora celestia: q corpa terrestria. Sz alia quidem celestium gl'ia: alia aũt terrestrium. Alia claritas solis: alia claritas lune: q alia claritas stellaz. Stella em a stella differt in claritate: sic q resurrectio mortuoz. Seminat̃ in corrupcione: surget in incorrupcione. seminat̃ in ignobilitate: surget in gl'ia. Seminat̃ in infirmitate: surget in vtute. Seminat̃ corpus aiale: surget corp⁹ spirit̃ale. Si ẽ corpus aiale ẽ et spirit̃ale: sicut scriptũ est. Factus ẽ pmus homo ada ĩ aiam viventẽ: novissimus ada in spm̃ vivificantẽ. Sz nõ pus qd spirit̃ale est: sz qd aiale: deinde qd spirit̃ale. Primus hõ de t̃ra terrenus: scds hõ de celo celestis. Qualis terrenus tales q terreni: q qlis celestis: tales et celestes. Igit̃ sicut portavim⁹ ymaginẽ terreni: portem⁹ q ymaginẽ celestis. Hoc aũt dico fres: qz caro q sanguis regnũ dei possidere nõ possũt: neq corruptio incorruptelã possidebit. Ecce misteriũ vob dico. Omnes quidẽ resurgem⁹: sz nõ oes immutabimur. In momẽto in ictu oculi: in novissima tuba. Canet em tuba: et mortui resurgẽt incorrupti: q nos imutabimur. Oportet em corruptibile hoc iduere incorruptionẽ: q mortale hoc iduere imortalitatẽ. Cũ aũt mortale hoc iduerit imortalitatẽ: tũc fiet sermo q script⁹ ẽ. Absorpta ẽ mors in victoria. Ubi est mors victoria tua: Ubi est mors stimul⁹ tuus: Stimulus aũt mortis pcm̃ ẽ: vtus vero pcti lex. Deo aũt gras: q dedit nob victoriã p dñm nr̃m ihm xpm. Itaq fres mei dilecti stabiles estote q imobiles: abũdantes in oi tpe dni semp: sciẽtes q labor vr̃ nõ ẽ inanis in dño.

Ca. XVI.

De collectis aũt q fiũt in sactos: sicut ordinavi eccl̃ijs galatie. ita q vos facite p vnã sabbati. Unusquisq vr̃m apud se reponat recõdens qd ei bñ placuerit: vt non cũ venero tũc collecte fiãt. Cũ aũt pñs fuero: qs pbaveritis per epl'as hos mittã pferre gras vraz in hierm̃. Qd si dignũ fuerit vt ego eam: mecũ ibũt. veniã at ad vos: cũ macedoniã ptrãsiero. Nã macedoniã ptransibo. Apud vos aute forsitan manebo vel etiã hyemabo: vt vos me deducatis qcũq iero. Nolo ei vos modo ĩ trãsitu videre. Spero ei me aliquãtulũ tpis manere apud vos: si dñs pmiserit. Permanebo at epheси vsq ad pthecosten. Ostiũ ei mihi apertũ ẽ magnũ q evidẽs: et adversarij mlti. Si at venerit thimothe⁹: videte vt sine timore sit apud vos. Op⁹ em dñi operatur sicut et ego. Ne quis ergo illũ spernat. Deducite autẽ illũ in pace: vt veniat ad me. Expecto em illum cum fribus. De apollo aũt fratre nostro vob notũ facio. qm̃ multum rogavi eum vt veniret ad vos cũ fribus: q vtiq nõ fuit voluntas ei⁹ vt nũc veniret. Veniet autẽ: cũ ei vacuũ fuerit. Vigilate state in fide: viriliter agite et

ꝑfortamini: oĩa vĩa in caritate fiant. Obsecro aũt vos frẽs. nostis domũ stephane ⁊ fortunati quoniã sunt p̃micie achaie. et in ministeriũ sanctorum ordinauerũt seipsos vt et vos subditi sitis eiusmodi. et omni coopanti et laboranti. Gaudeo aũt in p̃sẽcia stephane et fortunati ⁊ achaÿci: quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleuerũt. Refecerunt em̃ ⁊ meuz spiritũ ⁊ vestrũ. Cog̃scite ergo qui eiusmodi sũt. Salutant vos omnes ecclesie asie. Salutant vos ĩ domino multũ aquila et prisca cũ domestica sua ecclesia: apud quos et hospitor. Salutant vos omẽs fratres. Salutate inuicẽ: ĩ oscu lo sancto. Salutatõ mea: manu pauli. Si quis nõ amat dominũ nostrũ ihesũ cristuz sit anathema maranatha. Gracia domini nostri ihesu cristi vobiscum. Caritas mea cũ omnibus vobis in cristo ihesu amen.

Explicit epistola prima ad corinthios. Incipit prologus in secũdam epl̃az ad corinthios.

POst actam a corinthijs penitẽciam consolatoriam scribit eis epistolam apostolus a troade p thitum. et collaudans eos hortatur ad meliora: contristatos quidez eos sed emendatos ostendens.

Explicit prologus. Incipit epistola secunda ad corinthios.

PAulus apostolus cristi ihesu per voluntatez dei ⁊ thimotheus frater. ecclesie dei que ẽ corinthi cum omnibus sanctis qui sũt ĩ vniuersa achaia. Gracia vob et pax a deo patre nostro et domino ihesu cristo. Benedictus deus ⁊ pater domini nostri ihesu cristi pater misericordiarũ et deus tocius consolationis. q̃ consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationez qua exhortamur ⁊ ipsi a deo: quoniam sicut habundant passiones cristi in nobis ita ⁊ per cristum habundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur: pro vestra exhortatione et salute. siue consolamur: pro vestra consolatõne. siue exhortamur pro vestra exhortatõne et salute. que operatur tolleranciam earundem passionum quas et nos patimur. vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes quoniam sicut socij passionũ estis. sic eritis et consolationis. Non enim volumus ignorare vos fratres ꝺ tribulatõne nostra que facta est in asia: quoniam supra modum grauati sumus supra virtutez. ita vt tederet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobismetipis responsum mortis habuimus. vt non simus fidentes in nobis sed ĩ deo q̃ suscitat mortuos: q̃ de tantis periculis nos eripuit ⁊ eruit: in quem speramus quoniã et adhuc eripiet adiuuantibus et vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum personis facierum eius que in nobis est donationis per multos gracie agãtur pro nobis. Nam gloria nostra hec ẽ testimonium consciencie nostre: q̃ in simplicitate ⁊ sinceritate dei et non in sapiencia carnali sed in gracia dei conuersati sumus in hoc mundo. habundantius autem ad vos. Non em̃ alia scribimus vobis q̃ que legistis et cognouistis. Spero autez q̃ vsq; ĩ fin̄ cog̃scetis. sicut ⁊ cognouistis nos ex parte: qz gloria vestra sumus sicut et vos nostra in die domini nostri ihesu cristi. Et hac confidencia volui p̃us venire ad vos vt secundam graciam haberetis: et per vos transirem in macedoniam et iteruz a macedonia venirem ad vos et a vobis deduci in iudeam. Cum ergo voluissem hoc: nunquid leuitate vsus sum. Aut que cogito secunduz carnem cogito vt sit apud me ẽ et non: ſFidelis autem deus quia ſmo noster qui fuit apud vos. non est ĩ illo est ⁊ non: sed est ĩ illo est. Dei enim filius ihesus cristus q̃ in vobis per nos predicatus est: per me et siluanum et thimotheũ non fuit in illo est et nõ: ſz in illo fuit. Quotq̃t enim promissiones dei sunt in illo est. Ideo et per ipsũ amen dico ad gloriam nostram. Qui autẽ confirmat nos vobiscuz in cristo: et q̃ vnxit nos deus: ⁊ qui signauit nos ⁊ dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego aũ testem deum inuoco ĩ animaz meã q̃ parcens vobis non veni vltra corinthum. nõ quia dominamur fidei vr̃e: ſ adiutores sum̃ gaudij vr̃i: nam fide statis. Ca. .II

Tatui aũt hocip̃m apud me: ne itẽ
rum in triſticia venirẽ ad vos. Si
em̃ ego ꝓriſto vos. et q̃s ẽ q̃ me le
tificet niſi q̃ ꝓriſtat ex me? Et hocip̃m ſcri
pſi vob vt nõ cũ venero triſticiã ſup triſti
ciã habeã. ꝺ q̃bꝫ oportuerat me gaudere ꝑ
fitẽs in omnib vob q̃ meum gaudiũ om
niũ vr̃m ẽ. Nã ex mlta tribulatõe et angu
ſtia cordis ſcripſi vobis p mltas lacrimas
nõ vt ꝓriſtemi: ꝑ vt ſciatis quã caritatẽ
habeã habundãtiꝫ in vob. Si quis aũt cõ
triſtauit me. nõ me ꝓriſtauit. ꝑ ex pte: vt
nõ onerẽ omnes vos. Sufficit illi qui eiuſ
modi ẽ obiurgatõ hec q̃ fit a plibus· ita vt
ecõtrario magis donetis et ꝓſolemi: ne fo
rte habundãtiori triſticia abſorbeaꝫ q̃ eiꝫ
modi ẽ. ꝓpter qꝺ obſecro vos. vt ꝓfirmetis
in illũ caritatem. Ideo em̃ q̃ ſcripſi vob vt
ꝓgnoſcam experimentũ vr̃m: an in om̃ib
obedientes ſitis. Cui aũt aliq̃ donaſtis: et
ego. Nam et ego qꝺ donaui. ſi quid donaui
ꝓpter vos. in pſona xp̃i. vt nõ circũuenia
mur a ſathana. Nõ em̃ ignoram? cogitatõs
eiꝫ. Cũ veniſſẽ aũt troadẽ ꝓpter euangeliũ
xp̃i. et oſtiũ mihi aptum eſſet ĩ dño: nõ ha
bui requem ſpiritui meo. eo q̃ nõ inueneriꝫ
thitum frem meũ: ꝑ valefaciẽs eis pfectus
ſum ĩ macedoniã. Ideo aũt gracias q̃ ſemp
triũphat nos in xp̃o ihesu. q odorẽ noticie
ſue manifeſtat p nos ĩ om̃i loco: q̃ xp̃i bo
nus odor ſumꝰ deo in hijs q̃ ſalui fiũt. et in
hijs q̃ pereũt. Alijs q̃dez odor mortis ĩ mor
tem: alijs aũt odor vite ĩ vitã. Et ad hec q̃s
tam ydoneus? Nõ em̃ ſumꝰ ſicut plimi ad
ulterãtes verbũ dei: ꝑ ex ſinceritate ſicut ex
deo coram deo ĩ xp̃o loq̃mnr.

Capitulum. .III.

Incipimus iterum noſmetipos con
mendare: aut nunq̃d egemus ſicut
quidãꝫ ꝓmendaticijs epl'is ad vos
aut ex vob? Epiſtola noſtra vos eſtis ſcri
pta ĩ cordibꝰ nr̃is. q̃ ſcitur q legiꝫ ab om
nibus hominibus manifeſtati: qm̃ epl'a eſtis
xp̃i miniſtrata a nobis et ſcripta nõ attra
mento. ꝑ ſpiritu dei viui: nõ ĩ tabulis lapi
deis: ꝑ in tabulis cordib carnalib. Fidu
ciã aũt talẽ habemꝰ p xp̃m ad deum: nõ q̃
ſufficientes ſimus cogitare aliq̃d a nobis q̃ſi
ex nobis. ꝑ ſufficiencia nr̃a ex deo ẽ: qui et
ydoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽ
ti nõ littere ꝑ ſpũ. Littra em̃ occidit: ſpũs
aũt viuificat. Quod ſi miniſtratio mortis
literis deformata in lapidib fuit ĩ gl'ia. ita
vt nõ poſſẽt intendere filij iſrl' ĩ faciẽ moy
ſi. ꝓpter gl'iam vultꝰ eius q̃ euacuaꝫ: quõ ñ
magis miniſtratõ ſpiritꝰ erit in gl'ia? Nã ſi
miniſtratõ damnatõis in gl'ia eſt: mltoma
gis habũdat miniſterĩ iuſticie ĩ gl'ia. Nã
nec gl'ificatũ ẽ qꝺ claruit ĩ hac pte: ꝓpt̃ ex
cellẽtem gl'iam. Si em̃ qꝺ euacuaꝫ p gl'iaz
ẽ: mltomagis qꝺ manet. in gl'ia ẽ. Habẽtes
igiꝫ talẽ ſpem mlta fiducia vtimur. Et nõ
ſicut moyſes ponebat velamen ſup faciem
ſuã: vt nõ intẽderẽt filij iſrl' in faciẽ eiꝰ qꝺ
euacuaꝫ ꝑ obtuſi ſũt ſenſus eorꝝ: vſq̃ in ho
diernũ ei diẽ idip̃m velamen ĩ lectõne ve
teris teſtamẽti manet nõ reuelatũ. quoni
am in xp̃o euacuaꝫ: ꝑ vſq̃ in hodiernũ di
ez cũ legiꝫ moyſes velamen poſitũ ẽ ſuper
cor eorꝝ. Cũ aũt ꝓuerſi fuerit ad deũ auffe
reꝫ velamen. Dominꝰ aũt ſpiritus eſt. Ubi
aũt ſpũs dn̄i ibi libertas. Nos vero om̃es
reuelata facie gloriã dn̄i ſpeculãtes ĩ ean
dem ym̃aginẽ trãſformamur a claritate in
claritatẽ: tanq̃ a dn̄i ſpiritu.

Capitulũ. .IIII.

Ideo habẽtes hanc miniſtratõz iu
xta qꝺ miſericordiã ꝓſecuti ſumus
nõ deficimꝰ ꝑ abdicamꝰ occulta de
coris. non ambulantes in aſtucia neq̃
adulterãtes v̄bũ dei: ꝑ ĩ manifeſtatõe veri
tatis ꝓmendãtes noſmetipos ad omnẽ cõ
ſcienciã hominũ coram deo. Quod ſi etiaz
opertũ ẽ euãgeliũ nr̃m in hijs q̃ pereũt eſt
opertũ: ĩ q̃bꝫ deꝰ huius ſeculi excecauit mẽ
tes infideliũ. vt nõ fulgeat illuminatõ euã
gelij gl'ie xp̃i: q̃ ẽ ym̃ago dei. Nõ ei noſmet
ipos p̃dicamꝰ ſed ih̃m xp̃m dn̄m nr̃m. Nos
aũt ſuos vr̃os p ih̃m: qm̃ deꝰ q̃ dixit ꝺ tene
bris lucẽ ſplẽdeſcere. illuxit ĩ cordib nr̃is
ad illumĩatõez ſciẽcie claritatis ĩ facie cri
ſti ih̃u. Habemꝰ aũt theſaurũ iſtũ in vaſis
fictilib: vt ſublimitas ſit v̄tutis dei: et nõ
ex nobis. In om̃ib tribulatõz patimur: ꝑ
nõ anguſtiamur. Aporiamur: ꝑ ñ deſtitui
mur. Humiliamur: ꝑ nõ ꝓfũdimur. Perſe
cutõez patimur: ꝑ nõ derelinq̃mur. Deici
mur: ꝑ nõ pimus. Sẽper mortificatõz ih̃u
ĩ corpe nr̃o circũferẽtes: vt q vita ih̃u mai
feſteꝫ in corpibus noſtris. Sẽper ei nos q̃
viuim? ĩ mortẽ ꝺimur ꝓpt̃ ih̃m: vt q vita
ih̃u manifeſteꝫ ĩ carne nr̃a mortali. Ergo

mors in nobis operatur: vita aũt ī vob. Habẽtes aũt eũdem spiritũ fidei sicut scriptũ est credidi ꝓpter qð locutus sũ: et nos credim⁹. ꝓpter qð et loq̃mur: scientes qm̃ qui suscitauit ihm̃ ꝛ nos cum ihesu suscitabit. et cõstituet nos vobiscuz. Omnia em̃ ꝓpter vos: vt gracia abũdãs ꝑ mltos ī grãzũ accione abundet ī gl'iam dei. Propter qð nõ ꝺficim⁹: ꝑ licet is q̃ foris ẽ nr̃ homo corrumpat̃: tñ is q̃ int⁹ ẽ renouat̃ de die ī diẽ. Jd em̃ qð in p̃senti ẽ momentaneũ et leue tribulatõis nr̃e: supᵽ modũ ī sublimitate eternũ gl'e pondus operat̃ ī nobis: nõ ꝓtẽplantibus nob̃ que videntur. ꝑ q̃ nõ vidẽtur. Que em̃ vident̃ temporalia sunt: que aũt nõ vident̃ eterna sũt.

Capitu. .V.

Scim⁹ em̃: qm̃ si terrestris dom⁹ nostra hui⁹ habitationis dissoluatur q̃ edificatõz ex deo habem⁹ domuz nõ manufactã eternã ī celis. Nã et ī hoc ī gemiscim⁹ habitatõz nostrã q̃ de celo est superindui cupientes: si tñ vestiti et nõ nudi inueniamur. Nam et q̃ sum⁹ ī hoc tabnacl'o ingemiscim⁹ gꝫuati: eo q̃ nolum⁹ expoliari: ꝑ supuestiri: vt absorbeat̃ qð mortale est a vita. Qui aũt efficit nos ī hoc ipm̃ de⁹: qui dedit nob̃ pign⁹ spũs. Audentes igit̃ semp ꝛ sciẽtes: qm̃ dũ sum⁹ ī hoc corpe peregrinamur a domino. Per fidez em̃ ambulamus et nõ ꝑ speciẽ. Audem⁹ aũt et bonã voluntatẽ habem⁹ magis pegrinari a corpore et presẽtes esse ad dominũ: ꝛ ideo ꝓpẽdim⁹ sive absentes sive p̃sentes placere illi. Omnes em̃ nos manifestari oportet añ tribunal xp̃i: vt referat vnusq̃sq; ꝓpria corpis ꝓut gessit: sive bonũ sive malũ. Sciẽtes g̃ timorẽ dñi homĩbus suadem⁹: deo aũt manifesti sum⁹. Spero aũt et ī ꝓsciẽcijs vestris nos manifestos esse. Nõ iterꝫ ꝓmendam⁹ nos vob̃: ꝑ occasionẽ dam⁹ vob̃ gloriandi ꝑ nobis: vt habeatis ad eos q̃ in facie gloriant̃ et non ī corde. Sive em̃ mẽte excedim⁹ deo. sive sobrij sum⁹ vob̃. Caritas em̃ xp̃i vrget nos: estimantes hoc: quoniam si vnus ꝓ omnibus mortuus est ergo omnes mortui sũt. Et ꝓ omnibus mortuus est cristus: vt et qui viuũt iam nõ sibi viuant: sed ei qui ꝑ ipsis mortuus est et resurrexit. Jtaqꝫ nos ex hoc neminem nouim⁹ secundũ carnẽ. Et si ꝓgnouimus secundum carnẽ cristuz: sed nũc iam non nouimus. Si qua ergo ī xp̃o

noua creatura ẽ: vetera trãsierũt: ꝛ ecce facta sũt omnia noua. Omnia aũt ex deo qui nos reconciliauit sibi ꝑ cristũ: ꝛ dedit nob̃ ministeriũ recõciliatõnis. Quoniã q̃dẽ de⁹ erat in cristo mundum recõciliãs sibi: nõ reputãs illis delicta iporum: ꝛ posuit ī nobis verbũ reconciliationis. Pro cristo ergo legacione fungimur tanq̃ deo exhortãte per nos: obsecram⁹ ꝑ cristo. recõciliamĩ deo. Eum qui nõ nouerat peccatũ pro nob̃ peccatũ fecit de⁹ pater: vt nos efficeremur iusticia dei in ip̃o.

Capitulũ. .VI.

Adiuuantes aũt: exhortamur ne ī vacuũ graciam dei recipiatis. Ait em̃. Tempore accepto exaudiui te et ī die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Nemini dantes vllã offensionẽ: vt nõ vituper̃ misteriũ nostrũ. Sed in omnib⁹ exhibeamus nosmetip̃os sicut dei ministros ī multa patiencia: ī tribulatõnib⁹. in necessitatib⁹. in angustijs. ī plagis. ī carceribꝫ. ī seditõibꝫ. in laboribus. ī vigilijs. in ieiunijs. ī castitate. ī sciencia. ī longanimitate. ī suauitate. in spiritusancto. Jn caritate non ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris et a sinistris. Per gloriã et ignobilitatẽ: ꝑ infamiã ꝛ bonã famam. Vt seductores ꝛ veraces: sicut qui ignoti ꝛ ꝓgniti. Quasi morientes ꝛ ecce viuimus: vt castigati et non mortificati. Quasi tristes semp aũt gaudentes: sicut egentes multos aũt locupletãtes tanq̃ nihil habẽtes ꝛ omnia possidẽtes. Os nr̃m patet ad vos o corinthij: cor nr̃m dilatatuz ẽ. Nõ angustiamĩ ī nob̃. Angustiam̃ aũt ī viscerib⁹ vr̃is. Eandez aũt habẽtes remuneratõz: tanq̃ filijs dico: dilatamini et vos. Nolite iugum ducere cũ infidelib⁹. Que em̃ participatõ iusticie cũ iniq̃tate: aut q̃ societas luci ad tenebras? Que aũt ꝓuentio cristi ad belial? Aut que pars fideli cũ infideli? Qui aũt cõsensus templo dei cuz ydolis? Vos em̃ estis templũ dei viui sicut dicit de⁹: quoniã inhabitabo in illis et inambulabo: et ero illoꝝ de⁹ et ipsi erũt mihi ꝑplus. Propter qð exite de medio eorũ et separamini dicit dominus: et inmundũ ne tetigeritis: et ego recipiam vos. ꝛ ero vobis in patrẽ: ꝛ vos eritis mihi in filios et filias dicit domin⁹ omnipotens.

Capitulum .VII.

HAs ergo habẽtes ꝓmissiones ca-
rissimi mundem⁹ nos ab ommi in-
quinamento carnis ⁊ spirit⁹: perfi
cientes sanctificationem in timore dei. Ca
pite nos. Neminem lesimus: neminez cor-
rupimus: neminem circumuenim⁹. Nõ ad
ꝯdemnationem vestram dico. ꝓredixi enĩ
q in cordibus nostris estis ad ꝯmoriendũ
et ad ꝯuiuendum. Multa mihi fiducia est
apud vos: multa mihi gloriatio ꝓ vobis.
Repletus sum ꝯsolatione: suphabũdo gau
dio ĩ omni tribulatione nostra. Nam ⁊ cũ
venissemus in macedoniam. nullam requi-
em habuit caro nr̃a: sed omnez tribulati-
onem passi sumus. Foris pugne: intus ti-
morez. Sed q̃ consolatur humiles: cõsola-
tus est nos deus in aduentum tithi. Nõso
lum autẽ in aduentu eius: sedetiã in cõso-
latione qua consolatus est in vobis. refe-
rens nob vestrum desiderium vestrum fle
tum vestrã emulationez pro me: ita vt ma
gis gauderez. Quoniam etsi ꝯtristaui vos
in epistola: non me penitet. Etsi peniteret
videns q̃ epistola illa etsi ad horam vos ꝯ
tristauit: nunc gaudeo. non quia ꝯtristati
estis: ꝑ qz ꝯtristati estis ad penitẽciã. Cõtri
stati enĩ estis ꝑm deũ: vt ĩ nullo detrimẽtũ
paciamini ex nobis. Que enĩ secunduz de-
um tristicia est penitẽciam in salutẽ stabi-
lem operatur: secl̃i aũt tristicia mortẽ ope-
tur. Ecce enĩ hocipsum secundum deuz cõ
tristari vos quãtam in vobis operat̃ soli-
citudinem: sed defensionem: sed indignati-
onẽ: ꝑ timorẽ. ꝑ desideriuz: sed emulatõez:
sed vindictã. In omnib⁹ exhibuistis vos in-
cõtaminatos esse negocio. Igit̃ etsi scripsi
vob nõ ꝓp̃t eũ qui fecit iniuriã. nec ꝓp̃t eũ
qui passus ẽ: ꝑ ad manifestandã solicitudi
nem nr̃am quã habem⁹ ꝓ vob coram deo.
Ideo cõsolati sum⁹. In ꝯsolatõe autẽ nr̃a
habundãti⁹ magis gauisi sum⁹ sup gaudio
tithi: qz refect⁹ ẽ spirit⁹ ei⁹ ab omnib⁹ vob.
Et si quid apud illũ de vob gl̃atus sum. ñ
sum cõfusus: sed sicut omnia vob ĩ veritate
locuti sum⁹: ita gl̃iatio nr̃a q̃ fuit ad tithũ
veritas facta ẽ. Et viscera ei⁹ habundãti⁹
in vob sunt: reminiscẽtis omniũ vr̃m obe-
diẽciã quomodo cũ timore et tremore exce
pistis illum. Gaudeo: q̃ in omnibus confi-
do in vobis.

¶ Capitulum. Octauum.

NOtam aũt facim⁹ vob fr̃es graciaz
dei q̃ data ẽ ĩ eccleslijs macedonie: ⁊
q̃ in ml̃to experimẽto tribulatiõis
habũdãcia gaudij ipoꝝ fuit ⁊ altissima
pauptas eoꝝ habũdauit ĩ diuicias sĩplici-
tatis eoꝝ. Quia secũdũ virtutẽ testimõiuz
illis reddo: et sup̃ vtutẽ voluntarij fuerũt
cũ ml̃ta exhortatõe obsecrãtes nos graciaz
et ꝯmunicatõz ministerij qd̃ fit in sãctos.
Et nõ sicut sperauim⁹: sed semetipos dede-
rũt. primũ dño. deinde nob ꝓ volũtatẽ dei:
ita vt rogarem⁹ tithũ vt quẽadmodum ce
pit ita et pficiat ĩ vob etiã graciã istaz. Sz
sicut ĩ omnib⁹ habũdatis fide ⁊ ꝛmõe ⁊ scie-
cia et ĩ omni solicitudine insup ⁊ caritate
vr̃a ĩ nos: vt et ĩ hac gracia habũdetis. Nõ
q̃si imperans dico: ꝑ ꝓ alioꝝ solicitudinem
etiã vr̃e caritatis ĩgeniũ bonũ ꝯprobans.
Scitis enim graciã dñi nostri ihesu xp̃i:
qm̃ ꝓpter vos egen⁹ fact⁹ ẽ cuz esset diues:
vt illius ĩopia vos diuites essetis. Et ꝯsili
um ĩ hoc do. Hoc enĩ vob vtile ẽ: q̃ nõsoluz
facere. sed et velle cepistis ab anno prioꝛe.
Nũc vero et facto pficite: vt quẽadmodum
prompt⁹ ẽ anim⁹ voluntatis: ita sit ⁊ per-
ficiendi ex eo qd̃ habetis. Spi enĩ voluntas
prompta ẽ: secũdũ id qd̃ habet accepta ẽ:
nõ secundũ id qd̃ nõ habet. Nõ enĩ vt alijs
sit remissio. vob aũt tribulatio. ꝑ ex eq̃lita
te ĩ pr̃sẽti tempe vr̃a habundãcia illoꝝ in-
opiã supleat. vt ⁊ illoꝝ habũdancia vestre
inopie sit suplementũ: vt fiat eq̃litas sicut
scriptũ ẽ. Qui multũ habuit nõ habunda-
uit: et qui modicũ. nõ minoꝛauit. Graciaz
aũt ago deo q̃ dedit eandẽ solicitudinẽ ꝓ
vob ĩ corde tithi: qm̃ exhortatõz q̃dẽ suisce-
pit: sed cũ solicitioꝛ esset sua volũtate ꝓfe
ctus ẽ ad vos. Misim⁹ etiã cũ illo fr̃em no
strũ: cui⁹ laus ẽ ĩ euãgelio ꝓ omnes eccleslas.
Nõsoluz aũt: ꝑ et ordiãt⁹ ẽ ab eccleslijs co-
mes pegrinatõnis nr̃e ĩ banc grãz q̃ mini
strat̃ a nob ad dñi gl̃iam et destinataz vo-
lũtatẽ nr̃az deuitãtes hoc: ne qs nos vitu-
pet in hac plenitudine q̃ mĩstrat̃ a nob in
dñi gl̃iaz. ꝓuidem⁹ enĩ bona: nõsolũ co-
rã deo: ꝛetiã corã homib⁹. Misim⁹ aũt cum
illis et fr̃em nr̃m quẽ ꝓbauim⁹ ĩ ml̃tis sepe
solicitũ esse: nẽ aũt ml̃to solicitioꝛẽ: ꝯfidẽtia
ml̃ta ĩ vob siue pro titho qui ẽ socius me⁹
et ĩ vobis adiutor: siue fratres nostri apo-
stoli eccleslaꝝ gl̃ie xp̃i. Ostẽsionẽ g̃ que est

caritatis vre et nre gle p vob: i illos ostē-
dite i facie ecclesiaz. ¶ Capi. .IX.
Nam de ministerio qđ fit in sactos:
ex habundati est mihi scribe vob.
Scio ei pmptum animū vrm p q̄
de vob glorior apud macedones: qm̄ z ach
aia parata ē ab āno pterito: et vra emula-
tio puocauit plurimos. Misimus aī frēs:
vt ne quod gloriamur de vobis euacuetur
i hac pte: vt quēadmodū dixi parati sitis:
ne cū venerīt macedones mecū. z iuenerīt
vos iparatos erubescam⁹ nos: vt ñ dicam⁹
vos in hac pte substancia. Necessariū ergo
existimaui rogare fratres vt p̄ueniant ad
vos: z p̄parent repromissā benedictōz hāc
paratam esse: sic q̄si benedictionē: ñ quasi
auariciā. Hoc aī dico. Qui parce seminat
parce et metet: et qui seminat i benedictō-
nib⁹. de benedictōibus et metet. Unusq̄sq
prout destinauit in corde suo: ñ ex tristicia
aut ex necessitate. Hilarez em̄ datorem di-
ligit deus. Potens est aūt deus omnē gra-
ciaz habundare facere in vobis: vt in om-
nibus semper omnem sufficiencia habētes
habundetis i omne opus bonū: sicut scri-
ptū est. Dispsit dedit paupib⁹: iusticia eius
manet in seculū seculi. Qui aūt āministrat
semen seminā̄ti: et panem ad manducādū
pstabit. Et multiplicabit semen vestruz et
augebit incrementa frugum iusticie vre:
vt in omnib⁹ locupletati habūdetis i om-
nem simplicitatē: que opaī p nos grārū-
actionē deo. Quoniam ministeriuz huius
officij nōsolū suplet ea q̄ desunt sactis: sed
etiam abundat p multas grārumactōnes
in dño p pbationē ministerij hui⁹: glificā
tes deū in obediēcia cōfessionis vre i euan
gelio cristi z simplicitate cmunicatōis vre
in illos et in omnes: et in ipsoz obsecratōe
p vobis: desiderātiū vos ppter eminentem
grām dei in vobis. Gracias ago deo sup i-
enarrabili dono eius.

¶ Capitulū. .X.
Ipse autē ego paulus obsecro vos
per mansuetudinem et modestiam
cristi: qui in facie quidem humilis
sum inter vos: absens autem confido i vo-
bis. rogo autem vos ne presens audeam p
eam confidenciam qua existimor audere i
quosdam: qui arbitrantur nos tanq̄ secū-
dū carnē ābulem⁹. In carne ei ābulātes.

nō secundū carnē militam⁹. Nā arma mi-
licie nre nō carnalia: sed potencia deo ad
destructōz munitōnū. cōsilia destruētes. et
omnem altitudinez extollētez se aduersus
sciēciā dei: et i captiuitatē redigētes omem
intellectū i obsequz cristi: z i pmptu habē-
tes vlcisci omnē iobediencia: cū impleta
fuerit vra obediēcia. Que secūdum faciem
sūt videte. Si q̄s pfidit sibi cristi se esse: hoc
cogitet iterum apud se: qz sicut ipse cristi ē
ita et nos. Nametsi ampli⁹ aliqđ glat⁹ fu-
ero de potestate nra quā dedit nob⁹ domin⁹
i edificatōnē et nō i destructōz vram: non
erubescam. Ut aūt nō existimer tāq̄ terrē
vos p epistolas: q̄niāquidem epistole inq̄-
unt gues sūt et fortes: pntia aūt corporis
infirma z fmo ptemptibilis: hoc cogitet q̄
eiusmodi ē: qz q̄les sum⁹ verbo p epistolas
absentes: tales et psētes i facto. Nō em̄ au
demus iserē aut cparare nos q̄busdā q̄ se-
ipos cmēdant: f ipi in nobis nosmetipos
metiētes: et cparātes nosmetipos nobis.
Nos aūt nō i immensū glīabimur: f secun
dū mēsurā regule q̄ mēs⁹ ē nob⁹ de⁹ mēsurā
ptingēdi vsq̄ ad vos. Nō em̄ q̄si nō ptingē
tes ad vos supertēdentes nos. Usq̄ ad vos
em̄ p̄uenim⁹ in euangelio cristi: nō in im-
mensū gloriātes i alienis laboribus. Spem
aūt habētes crescētis fidei vre. i vobis ma-
gnificari secūdum regulā nrāz i habundā
cia: etiā i illa q̄ vltra vos sī euāgelizare: ñ
in aliena regula in hijs que p̄parata sunt
glari. Qui aūt glīat⁹ in dño glorietur. Nō ei
q̄ seipm cmendat ille pbat⁹ ē: sed quē deus
cmendat. ¶ Capitu. .XI.
Utinā sustineretis modicū qđ īsipi
encie mee: f z supportate me. Emu
lor em̄ vos dei emulatōe: despondi
em̄ vos vni viro vginē castā exhibere cri-
sto. Timeo aūt ne sicut serpēs euam sedu-
xit astucia sua: ita corrūpant sensus vestri
et excidāt a simplicitate q̄ ē in xpo. Naz si
is q̄ venit aliū xpm pdicat quē ñ pdicaui-
m⁹: aut aliū spiritū accipitis quē nō acce-
pistis aut aliud euangeliū qđ ñ recepistis
rcte pateremi. Existimo em̄ nihil me min⁹
fecisse a magnis aplis. Nametsi ipit⁹ fmo-
ne: f ñ sciēcia. In omnib⁹ aī māifest⁹ sū vob⁹
Aut nunquid peccatum feci meipsum hu-
milians: vt vos exaltemini? Quoniam gra
tis euangeliū dei euāgelizaui vobis: alias

ecclesias expoliaui accipiens stipendia ad
ministeriū vr̄m: et cū essē apud vos et ege
rez nulli onerosus fui. Naz qđ mihi deerat
supleuerūt fratres q̄ venerūt a macedonia:
et cū omnib⁹ sine onere me vob⁹ seruaui: et
seruabo. Est veritas xp̄i ī me: qm̄ hec gloria-
tio nō īfringet ī me ī regionibus achaie.
Quare? Quia nō diligo vos. Deꝰ scit. Qđ
aī facio. et faciā: vt ap̄utē occasionē eorū.
q̄ volūt occasionē: vt ī quo gl'iant inueni-
ant sicut et nos. Nā eiusmodi pseudo apli
sūt operarij subdoli: trnsfigurātes se ī aposto-
los xp̄i. Et nō mir. Ipse em̄ sathanas trns-
figurat se in angelū lucis. Nō est ergo ma-
gnū: si mīstri eius trnsfigurētur velut mī-
stri iusticie: quorū finis erit secundū ope-
ra ipsoꝝ. Iterū dico: ne q̄s me putet īsipiē-
tem. Alioquin velut īsipiētē accipite me:
vt et ego modicū q̄d glorier. Quod loquor
nō logr̄ secundū deū sed q̄si ī īsipiētia: ī hac
substācia glorie. Quoniā multi gl'iant se-
cundū carnem: et ego gloriabor. Libenter
em̄ suffertis insipientes: cū sitis ipsi sapien-
tes. Sustinetis em̄ si q̄s vos ī seruitutē re
digit: si quis devorat. si q̄s accipit. si q̄s ex-
tollit: si quis in faciē vos cedit. Secundū
ignobilitatē dico: q̄si nos infirmi fuerim⁹
in hac pte. In quo q̄s audet: in insipiencia
dico: audeo et ego. Hebrei sūt: et ego. Isra
helite sūt: et ego. Semen abrahe sūt: et ego.
Ministri xp̄i sūt: et ego. Et min⁹ sapiēs di
co: pl⁹ ego. In laboribꝫ plūmis ī carceribꝫ
habūdanti⁹: ī plagis sup̄ modū: ī mortib⁹
frequēter. A iudeis q̄nq̄es q̄dragenas vna
min⁹ accepi. Ter virgis cesus sū: semel la-
pidat⁹ sū: ter naufragiū feci. Nocte et die
in pfundō maris fui. In itineribꝫ sepe: pe
riculis fluminū. periculis latronū. periculꝫ
ex genere. periculis ex gentib⁹. periculis ī
ciuitate. periculis ī solitudine. periculis in
mari: periculis ī falsis fratrib⁹. In labore
et erumna: ī vigilijs mltis. In fame et siti
ī ieiunijs mltis. In frigore et nuditate: p̄t
illa q̄ extrinsec⁹ sūt: īstācia mea q̄ttidiana.
solicitudo oīm ecclesiaꝝ. Quis infirmatur:
et ego non infirmor? Quis scandalizat: et
ego nō vror? Si gl'iari oportet: q̄ infirmi-
tatis mee sūt gl'iabor. Deꝰ et pater dñi no
stri ihu xp̄i. scit q̄ ē benedictꝰ ī secula q̄ nō
mētior. Damasci p̄positus gētis arethe re
gis custodiebat ciuitatē damascenoruz vt
me p̄hendēret: et p̄ fenestrā in sporta di-
missus sū p̄ murꝫ: et sic effugi manꝰ eius.

Capitulum. .XII.

Gl'iari oportet: nō expedit q̄dez.
Venias aūt ad visiones r reuelatō-
nes dñi. Scio hoīez ī xp̄o ante an-
nos q̄tuordecim siue ī corpe siue extr̄ corpꝰ
(nescio deꝰ scit) raptū huiusmodi hominez
siue ī corpore siue extr̄ corpus (nescio deus
scit) qm̄ raptus ē ī paradisuz: r audiuit ar
cana vba q̄ nō licet homī loq̄. Pro huius-
modi gloriabor: p̄ me aūt nihil nisi ī infir
mitatib⁹ meis. Nāetsi voluero gl'iari: non
ero insipiēs. Veritatē em̄ dicā. Parco aī:
ne quis me existimet sup̄ id q̄d videt ī me:
aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo
reuelatōnū extollat me: datꝰ ē mihi stimu-
lus carnis mee angelus sathane vt me co-
laphizet. Propt̄ q̄d ter dominū rogaui vt
discederet a me: r dixit mihi. Sufficit tibi
gracia mea. Nā vtus in infirmitate pficit̄.
Libēter g̃ gloriabor ī infirmitatib⁹ meis:
vt inhabitet in me vtus cristi. Propter q̄d
placeo mihi in infirmitatib⁹ meis: ī contu
melijs: in necessitatib⁹: ī psecutionib⁹: ī an
gustijs pro cristo. Cum enim infirmor tūc
potēs sum. Factꝰ sū insipiens: vos me coe
gistis. Ego enim a vobis debui cōmēdari.
Nihil em̄ minus feci ab hijs q̄ sunt vltr̄ mo
dū apostoli. Vametsi nihil sū: signa tamē
apostolatꝰ mei facta sunt sup̄ vos in omni
paciēcia. signis r p̄digijs r vtutib⁹. Quid
est em̄ quod minꝰ habuistis p̄ ceteris eccle-
sijs: nisi q̄ ego ipe nō grauaui vos? Dona-
te mihi hanc iniuriam. Ecce tercio hoc pa
tus sum venire ad vos: et nō ero gr̄uis vo-
bis. Nō enim quero q̄ vestra sunt: sed vos.
Nec em̄ debent filij parētib⁹ thesaurizare:
sed parentes filijs. Ego autez libentissime
impendam et supimpendar ipse p̄ aīabus
vestris: licet plꝰ vos diligēs minꝰ diligar.
Sed esto. Ego vos nō grauaui: sed cū essē
astutꝰ dolo vos cepi. Numq̄d p̄ aliquē eorū
quos misi ad vos circūuenī vos? Rogaui
thitū: et misi cuz illo frem. Nūquid thitus
vos circumuenit? Nonne eodez spiritu am
bulauim⁹? Nonne eiusdē vestigijs? Olim
putatis q̄ excusemus nos apud vos? Coraī
deo in cristo loquimur. Omnia carissimi
propter edificationem vestram. Timeo em̄
ne forte cum ego venero. non quales volo

inueniam vos:et ego iueniar a vob q̃lez ñ vultis:ne forte ꝓtentões.emulatões.aĩosi-tates.dissensiones.detractõs.susurratões· inflatõnes.seditiones sit inter vos.Ne iterum cũ venero humiliet me de⁹ apud vos. et lugeam multos ex bijs q̃ ante peccaueṙt et nõ egerũt penitenciã super inmundicia et fornicatione ⁊ ipudicicia quã gesserũt.

Capitulum .XIII.

Ece tcio hoc venio ad vos. In ore duum vl̃ trium testium stabit omne verbuz. Predixi em̃ et p̃dico vt p̃sens vobis et nũc absens bijs q̃ ante peccauerunt et ceteris omnib⁹:si venero ite ꝓ non parcam. An experimentum queritis eius q̃ in me loq̃tur cristus:Qui in vob nõ infirmatur sed potens ẽ in vobis. Nãetsi crucifixus ẽ ex infirmitate:ꝑ viuit ex virtute dei.Nã et nos infirmi sum⁹ in illo:sed viuim⁹ cũ eo ex vtute dei ĩ nobis.Vosmetipsos tẽptate.si estis in fide ipsi vos ꝓbate an nõ ꝓgnoscitis vosmetip̃os:q̃ crist⁹ ihs in vobis ẽ: Nisi forte reprobi estis. Spero aũt q̃ ꝓgnoscetis:q̃ nos nõ sum⁹ reprobi. Oram⁹ aũt deũ vt nihil malu faciatis.ñ vt nos ꝓbati appream⁹ ꝑ vt vos quod bonũ ẽ faciatis.Nos aũt vt reprobi simus.Non em̃ possumus aliq̃d aduersus veritatẽ:sed ꝑ veritate. Gaudem⁹ em̃ quoniã nos infirmi sumus:vos aũt potentes estis. Hoc et oramus:vĩam ꝓsumationez. Ideo hec absens scribo:vt nõ p̃sens durí⁹ agam secundũ potestatẽ quã dñs de⁹ dedit mihi ĩ edificatõz et nõ in destructõnem. Decetero fratres gaudete:perfecti estote:et hortamini. idip̃m sapite· Pacẽ habete.et deus pacis ⁊ dilectõnis erit vobiscũ. Salutate inuicem in osculo sãcto. Salutãt vos omes sancti. Gracia dñi nostri ihesu x̃pi.et caritas dei. et ꝓmunicatio sanctispiritus sit cum omnibus vobis amen.

Finitur epistola secunda ad corinthios Incipit ꝓlogus in epistolam ad galathas

Galathe sũt greci. Hij verbũ veritatis primum ab apostolo accep̃t sed post discessum ei⁹ temptati sũt a falsis apostolis:vt in legem ⁊ circumcisiones vertærentur. Hos apostolus reuocat ad fidem veritatis:scribens eis ab epheso.

Explicit ꝓlog⁹. Incipit epla ad galathas.

Paulus apostolus nõ ab hominibus neq̃ ꝑ hominez ſ ꝑ ihesum x̃pm et deum patrem qui suscitauit eum a mortuis:et qui mecũ sunt omnes fratres:ecclesijs galathie. Gracia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu cristo:q̃ dedit semetipsuz ꝓ peccatis nostris vt eriperet nos de p̃senti seculo nequã secundũ voluntatẽ dei et patris nostri:cui ẽ gloza ĩ secla seculoꝝ amen. Miroz q̃ sic tamcito trnsferemini ab eo qui vos vocauit ĩ graciam cristi ĩ aliud euangeliũ quod nõ ẽ aliud:nisi sint aliq̃ q̃ vos ꝓturbant:et volunt ꝓuertere euangeliũ cristi. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis p̃terq̃ quod euangelizauimus vob:anathema sit. Sicut predixim⁹ et nũc iterũ dico:si quis vob euãgelizauerit preter id quod accepistis:anathema sit. Modo enim hominibus suadeo. an deo:An quero hominibus placere :Si adhuc hominibus placerem:cristi seruus non essem. Notum em̃ vobis facio fratres euangelium quod euangelizatũ ẽ a me:q̃ nõ est secundum hominem . Neq̃ enim ego ab homine accepi illud neq̃ didici:sed per reuelationẽ ihesu cristi . Audistis enim cõuersationem meam aliquando ĩ iudaismo. quoniam supra modum p̃sequebar ecclesiam dei.et expugnabam illã:et ꝓficiebaz ĩ iudaismo supra multos coetaneos meos ĩ genere meo:abundantius emulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit de vtero matris mee et vocauit per graciam suam vt reuelaret filium suum in me vt euangelizarem illum in gentibus:cõtinuo non acquieui carni et sanguini · Neq̃ veni iherosolimam ad antecessoꝛes meos apostolos:sed abij in arabiam:⁊ iteruz reuersus sum damascum . Deinde post ãnos tres veni iherosolimaz videre petrũ:⁊ mãsi apud eum diebus quindecim . Aliuz aũt apostoloꝝ vidi neminẽ:nisi iacobũ fratrẽ dñi. Que aũt scribo vobis:ecce coram deo q̃ nõ mẽtioꝛ. Deinde veni ĩ p̃tes syrie ⁊ cylicie. Erã aũt ignot⁹ facie.ecclesijs iudee:q̃

erant in xpo. Tantū aūt auditū habebāt: qm̄ qui psequebaf nos aliquādo nūc euā gelizat fidem quā aliquādo expugnabat: et in me clarificabant deum. ¶ Ca. .II.

Deinde post ānos q̄tuordecim iterū ascendi hierosolimaz cū barnaba: assumpto et thito. ascendi aūt secūdum reuelationē: et contuli cum illis euāgelium qđ pdico in gentibus. Seorsum aī hijs q̄ videbanf aliquid esse: ne forte in vacuū currerez aut cucurrissē. Sed neq; thitus q̄ mecū erat. cū esset gētilis cōpulsus ē circūcidi: sed ꝓpter subintroductos falsos fratres q̄ subintroierūt explorare libertatem nostram quaz habem⁹ in xpo ihesu: vt nos in seruitutē redigerēt. Quibo neq; ad horam cessimus subiectōi: vt veritas euāgelij pmaneat apud vos. Ab hijs aūt q̄ videbanf esse aliqđ: quales aliquādo fuerint nihil mea inf̄est. Deus em̄ psonā hominis nō accipit. Mihi em̄ qui videbanf esse aliquid nihil ptulerūt. Sed ecōtra cū vidissēt q̄ creditū ē mihi euāgeliū ꝓputij sicut et petro circūcisionis: q̄ em̄ opat⁹ ē petro i apostolatū circūcisiōis. opat⁹ ē ⁊ mihi īf gentes: et cū pgnouissēt graciā q̄ data est mihi. iacobo et cephas et iohannes q̄ videbanf columne esse dextras dederūt mihi et barnabe societatis: vt nos i gētes ipi aūt i irccūcisionē: tātum vt paupum memores essemus. Quod etiā solicitus fui hocipsum facere. Cū aūt venissēt petrus anthiochiā in faciē ei restiti: q̄ reprhēsibilis erat. Prī⁹ enim q̄ venirēt quidā ab iacobo cū gētibo edebat. Cū aū venissēt. subtrahebat ⁊ segregabat se: timēs eos qui ex circūcisiōe erāt. Et simulationi ei⁹ cōsenserūt ceteri iudei: ita vt et barnabas duceref ab eis i illā simulatōz. Sed cū vidissē q̄ ñ recte ambularent ad veritatē euāgelij: dixi cephe coraz omnibo. Si tu cū iudeus sis gentiliter vivis et nō iudaice: quō gētes cogis iudaizare: Nos natura iudei et nō ex gētibo peccatores: sciētes aūt q̄ nō iustificaf homo ex operibo legis. nisi ꝑ fidem ihu cristi: ⁊ nos i xpo ihesu credim⁹. Vt iustificemur ex fide cristi et nō ex operibus legis. Propf qđ ex operibo legis nō iustificabif omnis caro. Q̄ si q̄rentes iustificari i cristo inuenti sumus et ipsi peccatores: nunq̄d cristus peccati minister est: Absit. Si eniz que destruxi itē hec reedifico: ꝓuaricatorez me cōstituo. Ego em̄ p legem legi mortuus sū vt deo viuam: xpo pfixus sum cruci. Viuo aūt iam nō ego: viuit vero in me cristus. Q̄ autem nūc viuo i carne. i fide viuo filij dei: qui dilexit me et tradidit semetipsuz p me. Nō abicio graciā dei. Si em̄ p legē iusticia: g̃ gratis xp̄us mortuus est.

¶ Capitulum. .III.

O Insēsati galathe: q̄s vos fascinauit nō obedire veritati: Ante q̄rū oculos ihūs xp̄us pscript⁹ ē: et in vob crucifix⁹: Hoc solū a vob volo discē. Ex opib⁹ legis spm̄ accepistis: an ex auditu fidei: Sic stulti estis: vt cuz spū ceperitis: nc̄ carne pficimī. Tāta passi estis sine causa: si tamē sine cā. Qui g̃ tribuit vobis spirituz et operatur ̄vtutes in vob: ex opibo legis. an ex auditu fidei: Sicut scriptū ē: abraham credidit deo et reputatū ē illi ad iusticiam. Cognoscite g̃: quia qui ex fide sūt: hij sūt filij abrahe. Prouidēs aūt scriptura quia ex fide iustificat gētes deus: pnūciauit abrahe q̄ benedicent̄ i te omnes gētes. Igif̄ qui ex fide sūt: benedicentur cū fideli abraham. Quicūq; em̄ ex opibo legis sūt: sub maledicto sūt. Scriptū ē em̄. Maledictus omnis q̄ nō pmāserit in omnibo q̄ scripta ūt in libro legis: vt faciat ea. Quoniam aūt i lege nemo iustificaf apud deum. manifestū ē: q̄ iustus ex fide viuit. Lex aī non ē ex fide: sed q̄ fecerit ea viuet in illis. Cristus nos redemit de maledicto legis factus p nob maledictū: q̄ scriptū ē maledictus omnis qui pendet i ligno: vt in gētibo benedictio abrahe fieret i xpo ihu. vt pollicitatōz spiritus accipiamus p fidez. Fratres secundū hominē dico: tamē homis cō firmatū testamentū nemo spernit aut superordinat. Abrahe dicte sūt pmissiones: et semini eius. Nō dicit semībus q̄si in mltis sed q̄si i vno: et semī tuo q̄ ē xp̄us. Hoc aūt dico testamentū ꝓfirmatū a deo: q̄ post q̄dringētos et trigīta ānos facta ē lex: non irritū facit ad euacuādaz pmissionē. Nā si ex lege hēditas: iā nō ex pmissiōe. Abrahe aī p repromissiōez donauit de⁹. Quid igif̄ lex: Propter trāsgressiōez posita est: donec veniret semen cui pmiserat: ordinata per angelos i manu mediatoris. Mediator aī vnius nō ē: deus autez vnus est. Lex ergo

aduersus ꝓmissa dei. Absit. Si em̃ data ẽ lex q̃ posset viuificare: vere ex lege esset iustícia. Sed ꝯclusit scriptura oīa sub peccato: vt ꝓmissio ex fide ihesu cristi daretur credentib⁹. Prius aũt q̄ veniret fides sub lege custodiebamur: ꝯclusi in eam fidem q̃ reuelanda erat. Itaq; lex pedagog⁹ noster fuit in xp̃o: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides: iã nõ sum⁹ suq pedagogo. Omnes em̃ filij dei estis: ꝑ fidem q̃ ẽ ī xp̃o ihu. Quicũq; em̃ in xp̃o baptizati estis: xp̃m īduistis. Nõ ẽ iudeꝰ neq; grecꝰ: nõ ẽ ꝺuꝰ neq; liber: nõ ẽ masculꝰ neq; femina. Oīes em̃ vos vnũ estis in xp̃o ihu. Si aũ vos xp̃i: g̃ abrahe semen estis secũduz promissionem heredes.

¶ Capitu. .IIII.

Dico aũt. Quanto tẽpe heres puulus ẽ nihil differt a ꝺuo. cũ sit dñs omniũ: ꝺ sub tutoribꝫ ⁊ actoribꝫ ẽ vsq; ad p̃finitũ tẽpus a p̃re. Ita ⁊ nos cuz essem⁹ puuli: sub elemẽtis mũdi huius eramus ꝺuiẽtes. At vbi venit plenitudo temporis misit deꝰ filiũ suũ factũ ex mlĩere factũ sub lege: vt eos q̃ sub lege erãt redimeret: vt adoptionẽ filioꝝ reciperem⁹. Quoniã aũt estis filij dei: misit deꝰ spirituz filij sui ī corda vr̃a clamãtẽ abba pater. Itaq; iam nõ ẽ ꝺuus. ꝺ filiꝰ. Quod si filius: et heres ꝑ deũ. Sed tũc q̄dem ignorantes deũ: bijs q̃ natura nõ sũt dij ꝺuiebatis. Nũc aũt cũ ꝯgnoueritis deum immo cõgniti sitis a deo: quõ ꝯuertimini itẽrũ ad ĩfirma ⁊ egena elemẽta: q̃bus denuo ꝺuire vultis? Dies obseruatis et mẽses et tẽpora et ãnos. Timeo vos: ne forte sine causa laborauerĩ in vobis. Estote sicut ego: qꝛ ⁊ ego sicut vos. Fratres obsecro vos: nihil me lesistis. Scitis aũt qꝛ ꝑ infirmitatẽ carnis euangelizaui vobis iampridem: et tẽptatõz vestrã in carne mea nõ spreuistis neq; respuistis: ꝺ sicut angelũ dei accepistis me. sicut cristuz ihesũ. Vbi ẽ ergo beatitudo vr̃a? Testimoniũ em̃ ꝓhibeo vobis: qꝛ si fieri posset oculos vr̃os eruissetis: ⁊ dedissetis mihi. Ergo inimicꝰ vob factus sũ verum dicẽs vobis? Emulant̃ vos ñ bene: ꝺ excludere vos volũt: vt illos emulemĩ. Bonũ aũt emulamĩ ī bono semp: et nõtm̃ cũ p̃sens sum apud vos. filioli mei q̃s itẽrũ ꝑturio: donec formet̃ xp̃us ī vobis. Vellẽ aũt esse apud vos modo ⁊ mutare vocem meam: qm̃ ꝯfũdor ī vobis. Dicite mihi: q̃ sub lege vultis esse. Legem nõ legistis. Scriptũ ẽ em̃ quoniaz abraham duos filios habuit: vnũ de ancilla et vnũ de libera. Sed is q̃ de ancilla secundũ carnẽ natus ẽ: q̃ aũt de libera ꝑ repmissionẽ. Que sũt ꝑ allegoriaz dicta. Hec em̃ sũt duo testamẽta. Vnũ q̄dem ī monte sỹna in ꝺuitutẽ generãs: q̃ est agar. Sỹna em̃ mons ẽ ī arabia q̃ ꝯiunctus ẽ ei. q̃ nũc ẽ hierlm: et ꝺuit cũ filijs suis. Illa aũt que sursum ẽ hierlm libera ẽ: q̃ ẽ mater nostra. Scriptũ ẽ em̃. Letare sterilis q̃ nõ paris: erumpe et clama q̃ nõ parturis: qꝛ mlti filij deserte magis. q̄ eius q̃ habet virũ. Nos aũt frẽs secũdum ỹsaac pmissionis filij sumus. Sed quõ tũc is q̃ secundũ carnẽ natus fuerat pseqbat̃ eum q̃ secundũ spiritũ ita et nũc. Sed quid dicit scriptura? Eice ancillã et filium eiꝰ. Nõ em̃ heres erit filiꝰ ancille: cũ filio libere. Itaq; fratres nõ sumus ancille filij sed libere: q̃ libertate cristus nos liberauit.

¶ Capitulũ. .V.

Ite: et nolite iterꝝ iugo seruitutis ꝯtineri. Ecce ego paulꝰ dico vob: qm̃ si circũcidamĩ xp̃us vobis nihil ꝓderit. Testificoꝛ aũ rursꝰ omi hominí circũcidẽti se: qm̃ debitor est vniuerse legis faciẽde. Euacuati estis a xp̃o. Qui in lege iustificamĩ: a gracia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spez iusticie expectam⁹. Nã ī cristo ihu neq; circũcisio aliq̃d valet neq; p̃putiũ: ꝺ fides q̃ ꝑ caritatẽ opatur. Currebatis bene. Quis vos impediuit veritati nõ obedire? Nemini ꝓsenseritis. Persuasio hec ñ est ex eo q̃ vocauit vos. Modicũ fermentũ totã massã corrũpit. Ego ꝓfido ī vobis in dño q̄ nihil aliud sapietis. Qui aũt ꝓturbat vos: portabit iudiciũ q̃cũq; ẽ ille. Ego aũt fratres si circũcisionẽ adhuc p̃dico: q̃d adhuc ꝑsecutionẽ patioꝛ? Ergo euacuatũ ẽ scandalũ crucis. Vtinã et abscidãtur q̃ vos ꝓturbãt. Vos em̃ ī libertatẽ vocati estis fratres: tãtum ne libertatẽ ī occasionẽ detis carnis: ꝺ ꝑ caritatẽ spũs seruite iuicẽ. Omnis em̃ lex ī vno ꝺmone impletur: diliges ꝓximum tuuz sicut teipsũ. Quod si inuicez morꝺetis et ꝯmedetis: videte ne abinuicem ꝓsumamini. Dico autẽ ī cristo. Spiritu ambulate: ⁊ desideria carnis ñ p̃ficietis. Caro eĩ ꝯcupiscit aduersus

ſpiritū: ſpūs autē aduerſus carnē. Hec enī ſibinuicem aduerſantur: vt non quecunq; vultis illa faciatis. Q;ſi ſpiritu ducemini. nō eſtis ſub lege. Manifeſta ſūt aūt opera carnis: que ſūt fornicacō. immūdicia. impudicicia. luxuria. ydolo; Fuitus. venefícia. inimicicie. ꝓtentōes. emulatōnes. ire. rixe. diſſēſiones. ſecte. inuidie. homicidia. ebrietates. cōmeſſatōnes. & hijs ſimilia: que ꝓdico vobis ſicut ꝓdixi: quoniam qui talia agūt regnū dei nō ꝓſequent. Fructus aūt ſpiritus eſt caritas. gaudiū. pax. paciēcia. benignitas. bonitas. longanimitas. manſuetudo. fides. modeſtia. ꝓtinēcia. caſtitas. Aduerſus huiuſmodi nō ē lex. Qui aūt ſt xp̄i: carnem ſuā crucifixerūt cum vitijs et concupiſcentijs.

¶ Capitulū. .VI.

Viuimus ſpiritu: ſpū et ambulemus. Nō efficiamur īanis gl̄ie cupidi: inuicē ꝓuocātes: inuicē inuidētes. Fratres: etſi ꝓoccupat⁹ fuerit hō in aliq̄ delicto. vos q̄ ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite ī ſpū lenitatis: ꝓſiderās teipm ne & tu tempteris. Alter alteri⁹ onera portate: et ſic adimplebitis legē xp̄i. Naz ſi q̄s exiſtimat ſe aliq̄d eſſe cū nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus aūt ſuū ꝓbet vnuſq̄ſq; et ſic in ſemetipo tantū gl̄iam habebit: et nō in altero. Vnuſq̄ſq; enī onus ſuum portabit. Cōmunicet aūt hijs q̄ cathezizat̄ v̄bo: ei q̄ ſe catheziżat in oīb⁹ bonis. Nolite errare. Deus nō irridet̄. Que enī ſeminauerit homo: hec et metet. Quoniā qui ſeminat ī carne ſua. de carne et metet corruptōnez: qui aūt ſeminat ī ſpū: de ſpiritu metet vitam eternam. Bonū aūt facientes nō deficiam⁹: tempe enī ſuo metem⁹ nō deficientes. Ergo dū tem⁹ habemus operemur bonū ad omnes: maxime aūt ad domeſticos fidei. Videte q̄lib⁹ litteris ſcripſi vobis mea manu. Quicūq; enī volūt placere in carne hij cogūt vos circūcidi: tātū vt crucis cr̄iſti ꝓſecutōz ñ patiant̄. Neq; enī q̄ circūcidunt̄ legez cuſtodiūt: ſed volūt vos circūcidi vt in carne v̄ra gloriant̄. Mihi aūt abſit gloriari niſi ī cruce dñi noſtri ih̄u xp̄i: p quē mihi mūdus crucifixus ē: et ego mūdo. In cr̄iſto enī ihēſu neq; circūciſio aliq̄d valet neq; p̄putium: ſed noua creatura. Et q̄cūq; hanc regulā ſecuti fuerint: pax ſup illos et miſericordia et ſup iſr̄l dei. De cetero nemo mihi moleſt⁹ ſit. Ego enī ſtigmata domini ihēſu ī corpore meo porto. Grā dñi noſtri ih̄u cr̄iſti cū ſpū v̄ro fr̄es amē.

Explicit epiſtola ad galathas. ¶ Incipit argumentū in epiſtolā ad epheſios.

Epheſij ſūt aſijani. Hij accepto verbo veritatis pſtiterāt in fide. Hos collaudat apoſtolus ſcribēs eis a roma de carcere per tichicum dy̆aconem.

Finitur argumētum. ¶ Incipit epiſtola ad epheſios.

Paulus apoſtol⁹ cr̄iſti ih̄u p voluntatē dei omnib⁹ ſāctis qui ſūt epheſi: et fidelibus in cr̄iſto ihēſu. Gracia vobis et pax a deo patre noſtro: et dño ih̄u cr̄iſto. Benedictus deus et pater dñi nr̄i ih̄u cr̄iſti qui benedixit nos ī omni benedictōe ſpirituali in celeſtibus in xp̄o: ſicut elegit nos in ipo ante mundi ꝓſtitutōnem: vt eſſemus ſancti et immaculati in conſpectu ei⁹ in caritate. Qui p̄deſtinauit nos in adoptōz filioꝝ p ihēſum xp̄m ī ipm ſecundū ꝓpoſitum voluntatis ſue in laudē gl̄ie gracie ſue: in qua gratificat nos ī dilecto filio ſuo: in q̄ habem⁹ redemptōz p ſanguinem ei⁹ remiſſionē peccatoꝝ ſecunduz diuicias gracie ei⁹ q̄ ſuphabundauit ī nob⁹ in omni ſapiēcia et prudēcia: vt notuz faceret nob⁹ ſacramētū volūtatis ſue ſecundū benepla citū eius quod ꝓpoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporū inſtaurare oīa in xp̄o q̄ in celis et q̄ in terra ſunt in ipſo. In quo etiā nos ſorte vocati ſumus: p̄deſtinati ſecundū ꝓpoſitū eius q̄ opatur omnia ſecundū ꝓſilium volūtatis ſue: vt ſim⁹ in laudem gl̄ie ei⁹ nos q̄ ante ſperauimus in cr̄iſto. In quo et vos cuz audiſſetis verbum veritatis euangelium ſalutis veſtre: ī q̄ & credētes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſācto: qui eſt pignus hereditatis nr̄e in redemptionem acquiſitionis in laudem glorie ipſius. Propterea et ego audiēs fidem veſtram que eſt in cr̄iſto ihēſu et dilectionem ī oīes ſanctos: non ceſſo gracias

agens p vobis memoriam vestri faciēs in oratōnib⁹ meis: vt deus dñi nr̄i ihū cristi pater glie det vobis spiritū sapiēcie ⁊ reuelatōnis in agnitōnem eius illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis que sit spes vocatōnis ei⁹ et q̄ diuicie glie hereditatis eius in sanctis: et q̄ sit supeminēs magnitudo ⁊utis eius in nos q̄ credim⁹ secundū opationē potencie ⁊utis quā opatus ē in cristo: suscitans illū a mortuis. et ꝯstituēs ad dextrā suā in celestibus sup̄ omnē p̄incipatū et potestatē et virtutē et dñatōnez. et omne nomen q̄ nominat̄ nō solū in hoc seculo sed etiā in futuro: et omnia subiecit sub pedibus eius. Et ipm dedit caput sup̄ omnem ecclesiā q̄ ē corpus ipius: et plenitudo eius: q̄ omnia in omnib⁹ adimplet̄.

¶ Capitulum. .II.

Et vos cuiuificauit cū essetis mortui in delictis et peccatis vestris ī q̄bus aliquādo ambulastis secundū seculū mundi huius. secundū ꝑncipem potestatis aeris hui⁹. spiritus q̄ nūc opatur in filios diffidencie: in q̄bus et nos omnes aliquādo ꝯuersati sumus in desideriis carnis nr̄e facientes voluntatē carnis et cogitatōnuz: et eramus natura filij ire sicut et ceteri. ¶ Deus aūt q̄ diues ē in misericordia p̄pter nimiam caritatē suā q̄ dilexit nos: ⁊ cū essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos in xp̄o. cuius gracia estis saluati: ⁊ cō resuscitauit ⁊ ꝯsedere fecit ī celestib⁹ ī xp̄o ihū: vt ostenderet in seculis supueniētib⁹ habundātes diuicias gracie sue in bonitate sup̄ nos in xp̄o ihū. Gracia em̄ estis saluati per fidem: et hoc nō ex vobis. Dei em̄ donū est: nō ex opibus: vt ne quis glietur. Ipsius em̄ sumus factura: creati in cristo ihū in opibus bonis: q̄ preparauit deus vt in illis ambulem⁹. ꝓpter q̄d memores estote q⁹ aliquādo vos eratis gētes in carne q̄ dicebamini p̄putiū ab ea q̄ dicit̄ circūcisio in carne manufacta: q̄ eratis illo ī tempe sine xp̄o alienati a ꝯuersatōe isrl̄: ⁊ hospites testamētoz. p̄missionis spem non habētes. et sine deo ī hoc mūdo. Nūc aūt in xp̄o ihū vos q̄ aliquādo eratis longe facti estis p̄pe: ī sanguine xp̄i. Ipe em̄ ē pax nostra q̄ fecit vtraq; vnū: et mediū parietem macerie soluēs ī imicicias ī carne sua: legē mādatoz decretis euacuās vt duos cōdat ī semetipo ī vno nouo homīe faciēs pacē: vt reconciliet ambos ī vno corpore deo p̄ crucem ītrficiēs inimicicias ī semetipso: ⁊ veniēs euāgelizauit pacē vobis q̄ longe fuistis. et pacez his q̄ p̄pe: qm̄ p ipm habemus accessū ambo ī vno spiritu ad patrē. Ergo iā nō estis hospites ⁊ aduene s̄ estis ciues sanctoz et domestici dei: supedificati sup̄ fūdamētū apostoloz et p̄pharum ipso sūmo angulari lapide xp̄o ihū: in q̄ oīs edificatō ꝯstructa crescit ī templū sanctū ī dño. In q̄ et vos coedificamī ī habitaculū dei: in spū sancto. ¶ Ca. .III.

Huius rei gracia ego paul⁹ victus xp̄i ihū p vobis gētibus: si tamen audistis dispēsatōz gcie dei q̄ data ē mihi in vob: qm̄ secundū reuelatōz notū mihi factū ē sacramētū sicut sup̄ scripsi in breui p̄ut potestis legētes intelligē prudēcia meā ī misterio xp̄i: q̄d alijs generatōib⁹ nō ē agnitū filijs hominū. sicuti nūc reuelatū ē sāctis ap̄lis ei⁹ et p̄phētis ī spū: esse gētes coheredes et ꝯcorporales ⁊ ꝯparticipes p̄missionis ī xp̄o ihū p euāgeliuz cui⁹ fact⁹ sum ego minister scd̄m donū gr̄e dei q̄ data ē mihi scd̄m operatōz ⁊utis ei⁹. Mihi em̄ omniū sāctoz̄ minimo data est grā hec: ī gētib⁹ euāgelizare inuestigabiles diuicias xp̄i: et illuminare oīes q̄ sit dispēsatō sacramēti abscōditi a seculis in deo q̄ oīa creauit: vt innotescat p̄ncipib⁹ et potestatib⁹ ī celestib⁹ p ecclesiā mltifor̄mis sapiēcie dei. secundū p̄finitōz seculoz̄ quā fecit in xp̄o ihū dño nostro: ī quo habemus fiduciā et accessū ī ꝯfidencia p fidem eius. ꝓpter q̄d peto ne deficiatis ī tribulatōib⁹ meis p vobis: q̄ ē glia vestra. Hui⁹ rei gracia flecto genua mea ad patrez dñi nr̄i ihū xp̄i ex quo oīs p̄rnitas ī celis ⁊ ī terra nominatur: vt det vob s̄m diuicias glie sue ⁊utē. corroborari p spiritū ei⁹ ī interiorē hoīne xp̄m habitare p fidē ī cordib⁹ vestris: ī caritate radicati et fūdati: vt possitis ꝯprehendē cū oīb⁹ sāctis q̄ sit latitudo ⁊ lōgitudo ⁊ sublimitas ⁊ p̄fūdū. Scire etiaz supeminētē scientie caritatē xp̄i: vt ipleamī ī oīem plenitudinē dei. Ei aūt q̄ potēs ē oīa facere supabūdanter quā petim⁹ aut itelligimus secundū ⁊utē q̄ opat̄ in nobis: ipi gloria ī ecclesia et in xp̄o ihū in oīes generatōnes seculi seculoz̄um amen.

¶ Capitulū. .IIII.

Obsecro itaq; vos ego vinctus ī dō mino: vt digne ambuletis vocatio ne q̄ vocati estis cū omni humilitate ⁊ māsuetudine cum paciencia. suppor tātes inuicem in caritate: soliciti seruare vnitatē spiritus ī vinculo pacis. ¶Unū cor pus. vnus spirit⁹: sicut ⁊ vocati estis ī vna spe vocatōnis vestre. ¶Unus dñs. vna fides. vnum baptisma. vnus deus ⁊ pater omnium: q̄ sup oñes et p omnia ⁊ in oñib⁹ nobis. ¶Unicuiq; aūt nr̄m data ē gracia secūdum mēsuram donatōnis xp̄i. ¶Propter qđ dicit. Ascendēs in altū captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. ¶Quod aūt ascēdit: quid ē nisi q⁹ et descendit primū ī inferiores ptes terre: ¶Qui descendit: ipe ē et q̄ ascendit sup oñs celos: vt adimpleret omnia. ¶Et ipe dedit quosdā quidē apostolos. q̄sdam aūt ꝓphetas. alios vero euāgelistas alios aūt pastores ⁊ doctores ad ꝯsumatōz sanctoꝝ in opus misterij in edificatōz corporis xp̄i: donec occurram⁹ omnes in vnitatē fidei et agnitōnis filij dei. in virū pfectū in mensurā etatis plenitudinis xp̄i: vt iam nō simus ꝑuuli fluctuātes et circūferamur omni vento doctrine in neq̄cia hominū in astucia ad circūuentōnez erroris. ¶Eleritatē aūt faciētes ī caritate crescam⁹ in illo p omnia q̄ ē caput cristus: ex quo totū corpus ꝯpactū et ꝯnexum p oñez iūcturā sūministratōis secūdū opatōz ī mensuram vniuscuiusq; mēbri augmentū corporis facit: ī edificatōz sui ī caritate. ¶Hoc igitur dico ⁊ testificor ī dño: vt iam ñ ambuletis sicut et gentes ambulāt in vanitate sensus sui tenebris obscuratū habētes intellectū: ⁊ alienati a vita dei p ignorāciam q̄ ē in illis ꝑter cecitatē cordis ipor: q̄ dsperātes seipos tradiderūt impudicicie. in operatōz immundicie omnis in auaricia. ¶Vos aūt nō ita didicistis cristum: si tamē illum audistis et in ipo edocti estis sicut ē veritas ī ihesu: deponere vos secūdū pristinam ꝯuersatōz veterē hominē q̄ corumpitur secundūz desideria erroris. ¶Renouamini aūt spiritu mētis vestre: et induite nouum hominē q̄ secundū deum creatus ē in iusticia et sanctitate veritatis. ¶Propter qđ deponētes mēdaciū loq̄mī veritatez vnusquisq; cū ꝓximo suo: qm̄ sum⁹ inuicē membra. ¶Irascimini: et nolite peccare. Sol nō occidat sup iracundiā vr̄am. ¶Nolite locum dare dyabolo. ¶Qui furabat iam nō furet. magis aūt laboret operando manibus suis q̄ bonū ē: vt habeat vnde tribuat necessitatem pacienti. ¶Omnis sermo malus ex ore vestro nō pcedat: sed si quis bonus ad edificatōz fidei: vt det graciā audiētib⁹. ¶Et nolite ꝯtristare spiritū sāctū dei: ī quo signati estis ī die redemptōis. ¶Omnis amaritudo et ira et indignatio ⁊ clamor et blasphemia tollat⁹ a vobis: cū oñi malicia. ¶Estote aūt inuicē benigni: misericordes inuicē: sicut et de⁹ in xp̄o donauit vob⁹.

¶ Ca. V.

Estote ergo imitatores dei sicut filij carissimi: et ambulate ī dilectōe sicut et cristus dilexit nos: ⁊ tradidit semetipm p nob⁹ oblationē ⁊ hostiā deo in odorem suauitatis. ¶Fornicatio autē et omnis īmundicia aut auaricia nec nominet⁹ in vobis. sicut decet sāctos: aut turpitudo aut stultiloq̄um aut scurrilitas q̄ ad rez nō ptinet: ꝑ magis grārūactio. ¶Hoc ei scitote intelligētes: q⁹ oñis fornicator aut īmundus aut auarus qđ ē ydoloꝝ ⁊uit⁹ ñ habet hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. ¶Nemo vos seducat inanib⁹ v̄bis: ꝓpter hec em̄ venit ira dei in filios diffidēcie. ¶Nolite g̃ effici participes eorū. ¶Eratis em̄ aliquādo tenebre: nūc aūt lux in dño: vt filij lucis ambulate. ¶Fructus em̄ lucis ē ī omni bonitate et iusticia et veritate. ¶Probantes qđ sit beneplacitū deo: et nolite ꝯmunicare operibus īfructuosis tenebraꝝ: magis aūt redarguite. ¶Que em̄ in occulto fiūt ab ipsis: turpe ē et dicere. ¶Omnia aūt q̄ arguunt⁹ a lumine manifestant⁹. ¶Omne em̄ qđ manifestat⁹. lumē ē. ¶Propter qđ dicit. Surge q̄ dormis et exurge a mortuis: ⁊ illūminabit te cristus. ¶Videte itaq; frēs quō caute ambuletis: nō q̄si insipientes ꝑ vt sapiētes: redimentes tem⁹ quoniam dies mali sunt. ¶Propterea nolite fieri imprudētes: ꝑ intelligentes q̄ sit voluntas dei. ¶Et nolite īebriari vino ī quo ē luxuria: ꝑ implemini spiritusāctu loquētes vobismetipis ī psalmis ymnis ⁊ cāticis spiritalib⁹ cantātes ⁊ psallentes ī cordib⁹ vr̄is dño: gracias agentes sēper p oñib⁹ ī noie dñi nr̄i ihu xp̄i deo et pr̄i. ¶Subiecti īuicē: ī timore xp̄i. ¶Mlieres viris suis sb̄dite sīt sic dño: qm̄ vir caput ē

mulieris sicut xp̄ūs caput est ecclesie: ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est christo: ita et mulieres viris in omnib⁹. Viri diligite uxores vestras sicut et xp̄us dilexit ecclesiam: et seip̄m tradidit p ea vt illā sanctificaret mundans eam lauacro aque ī v̄bo vite: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam nō habentē maculam aut rugam aut aliq̄d huiusmodi: sed vt sit sancta et immaculata. Ita ⁊ viri debent diligere uxores suas: vt corpora sua. Qui suaz uxorē diligit: seip̄m diligit. Nemo ei vnq̄ carnē suā odio habuit: sed nutrit et fouet eā sicut et xp̄us ecclesiā: quia mēbra sumus corporis ei⁹ de carne ei⁹ et de ossibus ei⁹. Propter hoc relinquet homo patrem ⁊ matrē suam: ⁊ adherebit uxori sue. ⁊ erūt duo ī carne vna. Sacramētum hoc magnum est. Ego aūt dico: in xp̄o et ī ecclesia. Verūtamē et vos singuli vnusquisq⁹ uxorē suam sicut seip̄m diligat: uxor autē timeat uir suum.

Capitulum. .VI.

Filij obedite parentib⁹ vr̄is in dn̄o. Hoc em̄ iustū est. Honora patrem tuū et matrem tuā: q̄d ē mandatū primuz in p̄missione: vt bene sit tibi et sis longeuus sup̄ terraz. Et vos patres nolite ad iracundiaz puocare filios vestros: sed educate illos in disciplina et correptione dn̄i. Serui obedite dn̄is carnalibus cū timore et tremore. in simplicitate cordis vestri sicut xp̄o: nō ad oculū seruientes quasi hominibus placētes: sed vt serui xp̄i facientes voluntatem dei: ex animo cū bona voluntate seruientes sicut domino ⁊ nō hominibus: sciētes q̄m vnusq̄sq⁹ q̄dcūq⁹ fecerit bonuz hoc recipiet a dn̄o siue seruus siue liber. Et vos dn̄i eadē facite illis remittētes minas. sciētes q⁹ et illoz⁹ et vr̄ dn̄s ē ī celis: et p̄sonaz⁹ acceptio n̄ ē apud deū. Decetero fres p̄fortamī ī dn̄o. ⁊ ī potēcia vtutis ei⁹. Induite vos armaturam dei vt possitis stare aduersus insidias dy̆aboli: q̄m nō ē nobis colluctatō aduersus carnē ⁊ sanguinē sed aduersus p̄ncipes et potestates: aduersus mūdi rectores tenebraz⁹ haz⁹. cōtra spiritalia neq̄cie ī celestib⁹. Propt̄ea accipite armaturā dei vt possitis resistere in die malo: et ī om̄ib⁹ p̄fecti stare. State ḡ succincti lūbos vr̄os ī veritate: et induti lorica iusticie: ⁊ calciati pedes ī p̄paratōez euāgelij pacis. In om̄ibus sumētes scutū fidei in q̄ possitis omnia tela neq̄ssimi ignea extinguere: et galeam salutis assumite. ⁊ gladium spiritus quod est v̄bum dei: p omnem orationē et obsecratōz orātes omni tempe in spiritu et in ipso vigilātes in omni instancia et obsecratiōe p om̄ibus sanctis et p me: vt det̄ mihi sermo in apertione oris mei cū fiducia notum facere misteriū euāgelij pro q̄ legatōe fungor in cathena: ita vt in ipso audeaz⁹ put oportet me loq̄. Vt autem et vos sciatis que circa me sūt quid agam: omnia vobis nota faciet tichic⁹ carissimus frater et fidelis minister in domino: quē misi ad vos ī hoc ip̄m vt p̄gnoscatis que circa nos sūt: ⁊ p̄soleť corda vestra. Pax fratrib⁹ et caritas cum fide a deo p̄re nostro et domino ihesu christo. Gracia cum omnib⁹ q̄ diligūt dominū nostrū ihesū christum in corruptōne amen.

Explicit epistola ad ephesios. Incipit argumētū in epistolam ad philipenses.

Philipēses sunt macedones. hij accepto v̄bo veritatis p̄stiterūt ī fide: nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat apostolus: scribēs eis a roma de carcere per epafroditū.

Finitur argumētū. Incipit epistola ad philipenses.

Paulus ⁊ thimothe⁹ serui ih̄u xp̄i: om̄ib⁹ sāctis in christo ih̄u q̄ sūt philippis cū episcopis ⁊ dy̆aconibus. Gracia vob⁹ et pax a deo patre nostro: et dn̄o ih̄u christo. Gracias ago deo meo ī omni memoria vr̄i semp̄ ī cūctis oronib⁹ meis p om̄ibus vob⁹ cū gaudio dep̄catōz faciens sup̄ p̄municatōnē vr̄am ī euāgelio xp̄i a primo die usq⁹ nūc: p̄fidens hoc ip̄m q⁹ qui cepit in vobis opus bonū p̄ficiet usq⁹ in diem xp̄i ihesu. Sicut est mihi iustum hoc sentire p omnibus vobis: eo q⁹ habeam vos in corde et ī vinculis meis et in defensione ⁊ confirmatione euangelij: socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi ē deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus ihesu

cristi. Et hoc oro: vt caritas vra magis ac magis habundet in omni sciẽcia ⁊ in omni sensu: vt ꝓbetis potiora. vt sitis sinceres ⁊ sine offensa ī diẽ xp̃i: repleti fructu iustície p ihm xp̃m in laudẽ et gl'iam dei. Scire aũt volo vos frēs: qz q̃ circa me sũt magis ad ꝓfectũ venerũt euangelij. ita vt vincula mea manifesta fierẽt in xp̃o. ī omni pretorio et in ceteris omnib: vt pl'es e fratribus ī dño. ꝑfidẽtes ī vincul' meis. habũdãtí⁹ audẽrẽt sine timore verbũ dei loq̃. Quidam q̃dem et ꝓpter inuidiã et ꝓtẽtionẽ: q̃dã aũt et ꝓpter bonã volũtatẽ xp̃m p̃dicant. Quidã ex caritate: sciẽtes qm̃ in defẽsiõez euãgelij posit⁹ sũ. Quidã aũt ex ꝓtẽtõe xp̃m ãnunciãt nõ sincere: existimãtes p̃ssuram se suscitare vincul' meis. Quid em̃? Dũ omni modo siue p occasionẽ siue p veritatem xp̃us ãnuncietur: et in hoc gaudeo: sed et gaudebo. Scio em̃ qz hoc mihi ꝓueniet ad salutẽ. p vr̃am oratõz ⁊ sũministratõz spũs ihesu xp̃i. secundũ expectatõz et spem meã qz ī nullo cõfundar: sed ī omni fiducia sic̃ semp ⁊ nũc magnificabit̃ xp̃us in corpore meo: siue p vitam siue p mortẽ. Mihi em̃ viuere xp̃us ẽ: ⁊ mori lucr̃. Quod si viuere ī carne. hic mihi fructus op9 ẽ: ⁊ q̃d eligam ignoro: coartor aũt: e duob⁹ desideriũ habẽs. Dissolui ⁊ esse cũ cristo ml'tomagis melius: ꝑmanere aũt ī carne. necessariũm ẽ ꝓpter vos. Et hoc ꝓfidẽs sciẽs qz manebo et ꝑmanebo omnib⁹ vob⁹ ad ꝓfectũ vr̃m et gaudiũ fidei: vt gratulatio vr̃a abundet in xp̃o ihũ ī me: p meũ aduentũ itẽr̃ ad vos. Tantũ digne euangelio xp̃i ꝓuersamĩ: vt siue cũ venero et videro vos. siue absẽs audiam de vob⁹: qz statis ī vno spiritu. vnanimes. collaborãtes fidei euãgelij: et ī nullo terreamini ab aduersarijs q̃ est illis causa ꝑditionis: vobis aũt salutis. Et hoc a deo. Quia vobis donatũ est p xp̃o. nõsolum vt in eũ credatis ſ vt etiã p illo paciamĩ: idẽ certamen habẽtes q̃le et vidistis ī me ⁊ nũ audistis de me.

¶ Capitulũ. .II.

Loquẽtibꝰ aũt illis ad populũ. supuenerũt sacerdotes ꝛ mgr̃atus tẽpli ꝛ saducei. dolẽtes q̃ docerẽt populũ ꝛ anunciarẽt ĩ ihesũ resurrectionẽ ex moꝛtuis.ꝛ iecerũt in eos man⁹ :ꝛ posuer̃t eos ĩ custodia usq; ĩ crastinũ .Erat aũt iã vespera . Multi aũ eoꝝ qui audierãt verbũ crediderũt.et factus ẽ numerus eoꝝ quiq; milia . Factum ẽ autẽ ĩ crastinũ vt cõgregarenf̃ principes eoꝝ ꝛ seniores ꝛ scribe ĩ hierusalem:ꝛ annas princeps sacerdotuz. ꝛ cayphas.iohãnes.ꝛ allexãder. et quotq̃t erãt de genẽ sacerdotali. Et statuẽtes eos ĩ medio iṫrogabãt . In q̃ vtute aut ĩ q̃ noĩe fecistis hoc vos :Tũc replet⁹ spũsãcto petrus.dixit ad eos. Principes ꝑplꝰ et seniores:si nos hodie iudicamur ĩ bñfacto hoĩs ifirmi in q̃ iste salu⁹ factus ẽ :notũ sit oĩbꝰ vobis et oĩ plebi isrl̃ qꝛ in noĩe dñi nr̃i ihu xp̃i nazareni quẽ vos crucifixistis quẽ deꝰ suscitauit a moꝛtuis.ĩ hoc iste astat coraz vobis sanꝰ. Hic ẽ lapis q̃ reprobat⁹ ẽ a vobis edificãtibꝰ q̃ factus ẽ ĩ caput anguli:ꝛ nõ ẽ ĩ alio aliq̃ sal⁹. Nec em̃ aliud nomẽ est sub celo datũ hoĩbꝰ : ĩ q̃ oporꝛeat nos saluos fieri . Videẽtes aũ petri ꝓstanciã ꝛ iohãnis:ꝓperꝰ q̃ homies essent sine litteris et ydeotę ămirabanf̃ :et cognoscebãt eos qm̃ cũ ihesu fuerãt . Hoĩez q̃ videẽtes stantẽ cũ eis q̃ curatus fuerat :nihil poterãt cõtradicere. Jusser̃t aũ eos foras exṫ cõciliuz secedere:ꝛ ꝓferebãt adiuicẽ dicẽtes . Quid faciem⁹ hoĩbꝰ istis:Qm̃ q̃dez notũ signũ factũ ẽ ꝑ eos oĩbꝰ habitãtibꝰ hierlm. Manifestũ ẽ:ꝛ nõ possum⁹ negare. Sed ne amplius diuulgef̃ in ꝑplm :cõminemur eis ne vltra loquãf̃ in nomĩe hoc vlli hominũ . Et vocãtes eos:denũciauer̃t:ne omnio loqr̃enf̃

neq̄ docerent ī noīe ih̄u .Petr⁹ vero ꝙ io-
hānes respondentes dixer̄t ad eos .Si iu-
stū ē ī ꝓspectu dei vos poti⁹ audire q̄ deū.
iudicate .Nō em̄ possumus q̄ vidim⁹ ꝙ au-
diuimus nō loqui .At illi ꝓminātes dimi-
serūt eos:nō inueniētes qūo punirent eos
ꝓter ꝓp̄lm:quia oīs clarificabāt id quod
factū erat in eo qđ acciderat.Annoꝝ enim
erat ampli⁹ q̄draginta homo :ī quo factū
fuerat signū istud sanitatis.Dimissi autez
vener̄t ad suos:ꝙ annūciauerūt eis quāta
ad eos prīcipes sacerdotū ꝙ seniores dixis-
sent.Qui cū audissent: vnanimit̄ leuaner̄t
vocem ad deū ꝙ dixerūt .Dñe tu qui feciſti
celū ꝙ terrā mare ꝙ omīa q̄ in eis sunt:qui
spūsancto p os pr̄is nostri dauid pueri tui
dixisti .q̄re fremuer̄t gētes ꝙ ꝓp̄li meditati
sūt inania :astituerūt reges terre ꝙ prīci-
pes cōuenerūt ī vnū :aduersus dn̄m ꝙ ad-
uersus xp̄m eius ꝓuenerūt em̄ vere ī ciui-
tate ista aduersus sanctū puerū tuū ihesuz
quē vnxisti herodes ꝙ ponci⁹ pylatus cum
gentib⁹ ꝙ ꝓp̄lis isrl̄:facere q̄ man⁹tua ꝙ cō-
siliū tuū decreuer̄t fieri.Et nūc dñe r̄spice
in minas eoꝝ:ꝙ da ſuis tuis cū oī fiducia
loqui verbū tuū in eo q̄ manū tuā extēn-
das ad sanitates ꝙ signa ꝙ ꝓdigia fieri per
nomen sancti filij tui ih̄u .Et cuz orassent
motus ē locus ī q̄ erāt cōgregati:ꝙ repleti
sūt omnes spūsancto:et loquebanr̄ v̄bum
dei cū fiducia . Multitudīs aūt credentiuz
erat cor vnū et anima vna :nec q̄sq̄ eoꝝ q̄
possidebat aliq̄d suū esse dicebat:sz erāt ill̄
omnia cōmunia.Et virtute magna reddē-
bāt apl̄i testimoniū resurrectioīs ih̄u xp̄i
dn̄i nostri:et grā magna erat ī omnib⁹ ill̄.
Neq̄ em̄ quisq̄ egens erat inr̄ illos .Quot
q̄t em̄ possessores agroꝝ aut domoꝝ erāt:
vendentes afierebant p̄cia eoꝝ q̄ vēdebāt:
ꝙ ponebāt añ pedes apl̄oꝝ.Diuidebar̄ aūt
singul̄ put cuiq̄ opus erat. Joseph autē q̄
cognominatus ē barsabas ab apl̄is .qđ ē
int̄pretatū fili⁹ cōsolacioīs.leuites cypri⁹
genē cū haberet agrū vēdidit eū:ꝙ attulit
p̄ciū ꝙ posuit añ pedes apl̄oꝝ. Ca. .V.

Ir aūt quidā noīe ananias cū sa-
phira vxore sua vendidit agrum :ꝙ
fraudauit d̄ p̄cio agri ꝓscia vxore
sua :ꝙ afferēs partez quādā.ad pedes apo-
stoloꝝ posuit .Dixit aū petr⁹ ad ananiam
Anania cur temptauit sathanas cor tuuz
mētiri te spūisancto:et fraudare de precio
agri:Nōne manēs tibi manebat :ꝙ venun-
datuz in tua erat potestate:Quare posui-
sti ī corde tuo hanc rem :Nō es mentitus
hoīb⁹ sz deo .Audiēs aū ananias hec v̄ba:
cecidit ꝙ expirauit .Et factꝰ est timor ma-
gnus sup oīes qui audierūt .Surgentes
aūt iuuenes amouerūt eū:ꝙ efferētes sepi-
lierūt .Factū ē aūt quasi horaꝝ triū spa-
ciū:ꝙ vxor ipi⁹ nesciens qđ fctm̄ fuerat in-
troiuit.Rñdit aū ei petrus.Dic mihi mu-
lier si tāti agruz vendidistis.At illa dixit
Ecia tanti .Petrus aūt ad eā.Quid vtiq̄
ꝓuenit vobis tēptare spiritū domini:Ecce
pedes eoꝝ qui sepilier̄t virū tuum ad osti-
um:ꝙ efferent te.Confestim cecidit añ pe-
des eius:ꝙ expirauit. Intrantes aūt iuue-
nes inuenerunt illam mortuā:ꝙ extulerūt
ꝙ sepilierūt ad virum suum.Et factus est
timor magnus ī vniuersa ecclesia :et ī oēs
qui audierūt hec .Per manus aūt apl̄orū
fiebant signa ꝙ ꝓdigia multa in plebe .Et
erant vnanimiter omnes in porticu salo-
moīs.Ceteroꝝ aū nemo audebat se ꝓiūge-
re illis:sz magnificabat eos ꝓp̄lus .Magis
autem augebar̄ credentiū multitudo ī dn̄o
viroꝝ ac mulierū:ita vt in plateas eicerēt
infirmos ꝙ ponerent ī lectulis ac grabatis
vt veniente petro saltē vmbra illi⁹ obum-
braret quēq̄ illoꝝ et liberarenr̄ ab infir-
mitate.Cōcurrebat aū ꝙ mlt̄itudo vicinaꝝ
ciuitatū ihrl̄m.afferentes egros ꝙ vexatos
a spiritib⁹ immūdis:q̄ curabanr̄ oēs .Ex-
urgens autē prīceps sacerdotū et omnes q̄
cum illo erāt q̄ ē hereſis saduceorū repleti
sunt zelo:ꝙ iniecerūt manus ī apl̄os:ꝙ po-
suerūt eos ī custodia publica.Angel⁹ aut
dn̄i ꝓ noctē aperiēs ianuas carceris ꝙ edu-
cēs eos dixit. Ite :ꝙ stātes loquimī ī tēplo
plebi oīa verba vite hui⁹ .Qui cū audissēt
intrauer̄t diluculo ī tēplū:ꝙ docebāt.Adue-
niens aū prīceps sacerdotū et q̄ cū eo erāt
ꝓuocauer̄t ꝓciliū .ꝙ oēs senioēs filioꝝ isrl̄
ꝙ miser̄t ad carcerē vt adducerenr̄.Cuz aū
venissēt ministri ꝙ apto carcere ñ inuenissent
illos:reuersi nūciauerūt dicētes .Carcerē
q̄dē inuenim⁹ clausū cū oī diligēcia:ꝙ custo-
des stātes añ ianuas:apientes aū neminē
intus inuenim⁹ .Et aū audier̄t hos ꝓmones
magistrat⁹ tēpli ꝙ prīcipes sacerdotū:am-
bigebāt de ill̄ q̄dnam fieret.Adueniēs aūt

qz ecce viri qs posuistis ī carcere3 sūt ī tẽplo stātes: ⁊ docentes ꝓplm. Tūc abijt magistrat⁹ cū mīstris: et adduxit illos sine vi. Timebāt em̄ ꝓplm ne lapidarent. Et cum adduxissent illos: statuerūt ī cōcilio. Et īterrogauit eos prīceps sacerdotū dicens. Precipiēdo pcipim⁹ vob ne doceretis ī isto noīe: ⁊ ecce replestis hīrlm doctrina vra: ⁊ vultis īducē sup nos sāguinē hoīs isti⁹. Rñdens aūt petrus ⁊ apli dixerūt. Obedire oportet deo magisq̄ hoīb⁹. De⁹ pr̄m nr̄oz suscitauit ihm: quē vos īteremistis suspendentes ī ligno. Hūc principē deus ⁊ saluatorez exaltauit dextera sua ad dandā penitenciā isrl ⁊ remissionē pctoz: ⁊ nos sum⁹ testes hoz ⁊boz: ⁊ spūssāct⁹ quē dedit de⁹ oīb⁹ obedientib⁹ sibi. Hec cū audissēt dissecabant: ⁊ cogitabāt īterficē illos. Surgēs aūt qdam ī cilio phariseus noīe gamaliel legisdoctor honorabilis vniuerse plebi: iussit foras ab breue hoīes fieri. Dixitq ad illos. Viri israelite attēdite vob sup hoībus istis: qd acturi sitis. Añ hos em̄ dies extitit theodas dicēs se esse aliquē: cui cōsensit numerus virorz circit̄ qdringētorz: q occis⁹ est ⁊ oēs q credebāt ei dissipati sūt: ⁊ redacti ad nihilū. Post hunc extitit iudas galilel⁹ ī diebz pfessionis: ⁊ auertit ꝓplm p⁹ se. Et oēs qtqt psensēt ei dispersi sūt: ⁊ ipe perijt. Et nunc itaq dico vob: discedite ab hoībus istis. et sinite illos. Qm̄ si ē ex hoībus pslīū hoc aut opus. dissolueť: si vero ex deo ē ñ potueritis dissoluē: ne forte ⁊ deo repugnaē videamī. Cōsensert aūt illi: ⁊ puocātes apl̄os cesis denūciauerunt eis ne āplius loqrent̄ ī noīe ihu: ⁊ dimisert eos. Et illi qdem ibāt gaudētes a pspectu cōcilij: qm̄ digni habiti sūt p noīe ihu ptumeliaz pati. Omī aūt die nō cessabāt ī tēplo ⁊ circa domos docētes: ⁊ euangelizātes xpm ihesum.

Capitulum. .VI.

In diebus aūt ill' crescente numero discipl'oz factū ē murmur grecoz aduersus hebreos: eo q despicerēť ī ministerio quotidiano vidue eoz. Cōuocantes aūt duodecim multitudinē discipuloz dixert. Non est equū nos derelinquere vbum dei: ⁊ ministrare mensis. Cōsiderate ꝑ frēs viros ex vobis boni testimonij sepē plenos spūssancto ⁊ sapiencia: qs cōstituam⁹: sup hoc opus. Nos vero orationi ⁊ ministerio verbi instātes erimus. Et placuit sermo corā omni multitudine. Et elegerūt stephanum vir plenuz fide ⁊ spū sancto: ⁊ philippū ⁊ procorū ⁊ nycanorem ⁊ thimonem ⁊ parmenā ⁊ nicolaum aduenā anthiocenū. Hos statuerūt añ conspectum apl'oz: ⁊ orātes imposuerūt eis manus. Et vbum dñi crescebat: ⁊ multiplicabať numer⁹ discipuloz ī hirlm valde. Mlta ecia ꝯba sacerdotū obediebat fidei. Stephan⁹ ať plen⁹ grā ⁊ fortitudīe faciebat pdigia ⁊ signa mag̃ in ꝓplo. Surrexerūt aūt qdam ō synagoga q̄ apellabať libertinoz ⁊ cyrenensiū ⁊ alexādrinoz. et eoz q erāt a cicilia ⁊ asya disputantes cū stephano: ⁊ non poterant resistere sapiencie ⁊ spiritui q loquebať: pter qō redargueret̄ ab eo cū omni fiducia. Tūc sūmisert viros q dicerent se audisse eū dicentē vba blasphemie ī moysen ⁊ deum. Cōmouerūt itaq plebem ⁊ seniores ⁊ scribas: ⁊ cōcurrentes rapuerūt eū ⁊ adduxerūt in cōciliū: ⁊ statuerūt falsos testes q dicerent. Homo iste nō cessat loqui vba aduersus locū sanctū ⁊ legez. Audiuim⁹ em̄ eum dicentē: qm̄ ihs nazarenus hic destruet locū istum: ⁊ mutabit traditiones. qs tradidit nobis moyses. Et intuētes eū omnes q sedebāt ī cōcilio: vidert faciē ei⁹ tanq̄ faciez angeli. Dixit aūt prīceps sacerdotū stephano si hec ita se haberent. Qui ait.

Capitulum. .VII.

Viri fratres ⁊ patres audite. Deus glorie apparuit patri nostro abrahe cum esset ī mesopotamia priusq̄ moraretur ī charran: et dixit ad illum. Exi de terra tua et de cognatione tua: ⁊ veni in terram quam monstrauero tibi. Tūc exijt de terra chaldeorum: et habitauit in charran. Et inde postq̄ mortu⁹ ē pater ei⁹ transtulit illum in terram istam: in q̄ nunc vos habitatis. Et nō dedit illi hereditatē ī ea nec passum pedis: sed repromisit dare illi eam in possessionem ⁊ semini eius p⁹ ipm: cum nō haberet filiuz. Locutus est aūt ei deus. qz erit semen eius accola ī terra aliena: ⁊ seruituti eos subiciēt ⁊ male tractabūt eos annis qdringentis ⁊ triginta: et gentē cui seruierint iudicabo ego dicit dñs. Et p⁹ hec exibūt: et deseruient mihi in loco isto. Et dedit illi testamentum circūcisionis: et sic genuit ysaac ⁊ circūcidit eū die octauo:

ꝙ ꝟſaac iacob:ꝙ iacob duodecim ꝓ̃iarchas
Et ꝓ̃iarche emulãtes ioſeph vendiderũt ĩ
egiptũ:ꝙ erat deus cũ eo .Et eripuit eũ ex
omnib⁹ tribulationib⁹ ei⁹ :ꝙ dedit ei grãm
ꝙ ſapiẽciã in ꝓſpectu pharaonis regis egi-
ptioꝝ:ꝙ cõſtituit eũ prepoſitũ ſuꝑ egiptũ
ꝙ ſuꝑ omnẽ domũ ſuã .Venit autẽ fames ĩ
vniuerſã egiptum et chanaan ꝙ tribulatio
magna :ꝙ nõ inueniebant cibos ꝓ̃es nr̃i.
Cũ audiſſet aũt iacob eſſe frumẽtũ in egi-
pto miſit ꝓ̃es nr̃os ꝓmũ :ꝙ ĩ ſcdo cognit⁹
ẽ ioſeph a fratrib⁹ ſuis : ꝙ manifeſtatum eſt
pharaoni gen⁹ eius. Mittẽs aũt ioſeph ac-
erſiuit patrẽ ſuũ :ꝙ oẽm cognatiõnẽ ſuam
ĩ animab⁹ ſeptuagintaquiq̃ .Et deſcendit
iacob ĩ egiptũ :ꝙ defũctus eſt ipe ꝙ patres
nr̃i.Et tranſlati ſũt ĩ ſichen:ꝙ poſiti ſũt in
ſepulcro qd̃ emit abrahaz p̃cio argẽti a fi-
liis emor filij ſichen .Cũ aũt appropinq̃ret
tempus ꝓmiſſionis quaz cõfeſſus erat deus
abrahe creuit ꝑ̃us et mr̃tiplicat⁹ ẽ in egi-
pto :quoadusq̃ ſurrexit ali⁹ rex ĩ egipto q̃
nõ ſciebat ioſeph .Hic circũueniẽs genus
nr̃m afflixit ꝓ̃es nr̃os:vt exponerẽt ĩfan-
tes ſuos ne viuificarẽt .Eodez tpe natus ẽ
moyſes:ꝙ fuit ꝑ̃tus deo:q̃ nutrit⁹ eſt trib⁹
menſib⁹ ĩ domo ꝓ̃is ſui .Expoſito aũt illo
ſuſtulit eũ filia pharaonis:et nutriuit euz
ſibi ĩ filiũ.Et erudit⁹ ẽ moyſes omni ſa-
piẽcia egiptioꝝ :ꝙ erat potẽs ĩ verbis ꝙ in
opibus ſuis .Cũ aũt implerẽt ei q̃dragin-
ta annoꝝ tempus:aſcendit in cor ei⁹ vt vi-
ſitaret frẽs ſuos filios iſrl̃ .Et cũ vidiſſet
quendã iniuriam patientẽ vindicauit illũ:
ꝙ fecit vltõez ei q̃ iniuriã ſuſtinebat ꝑcuſſo
egiptio.Exiſtimabat aũt intelligẽ fratres:
qm̃ deus ꝑ manũ ipſi⁹ daret ſalutem illis.
At illi nõ intellexerũt .Sequenti vero die
apparuit illis litigantib⁹:ꝙ r̃cõciliabat eos
in pace dicẽs .Viri:frẽs eſtis.Ut q̃d noce-
tis alterutrum :Qui aũt iniuriã faciebat
primo:repulit eũ dicens.Quis te ꝓſtituit
principẽ ꝙ iudicẽ ſuꝑ nos:Nũquid interfi-
cere tu me vis .quẽadmodũ interfeciſti he-
ri egiptiũ :Fugit aũt moyſes in verbo iſto:
ꝙ fact⁹ ẽ aduena ĩ terra madian:vbi gene-
rauit filios duos .Et expletis annis q̃dra-
ginta:apparuit illi in deſerto mõtis ſyna an-
gel⁹ ĩ igne flãme rubi .Moyſes aũt videns
ãmirat⁹ ẽ viſũ .Et accedẽte illo vt ꝓſidera-
ret:fct̃a ẽ ad eũ vox dñi dicẽs .Ego ſũ de⁹
p̃m tuoꝝ:deus abrahã.deus ꝟſaac:et de⁹
iacob .Tremefact⁹ aũ moyſes:nõ audebat
ꝓſiderare.Dixit aũ illi de⁹.Solue calciamẽ-
tũ pedũ tuoꝝ .Loc⁹ em̃ ĩ q̃ ſtas r̃a ſancta
ẽ.Videns vidi afflictiõnẽ ꝑ̃li mei q̃ ẽ in egi-
pto:ꝙ gemitũ eoꝝ audiui:ꝙ deſcẽdi liberare
eos.Et nũc veni mittaz te ĩ egiptuz.Hunc
moyſẽ quẽ negauerũt dicẽtes q̃s te ꝓſtituit
principẽ ꝙ iudicẽ :hũc deus principẽ et re-
dẽptorẽ miſit cũ manu angeli qui apparuit
illi ĩ rubo.Hic eduxit illos faciens ꝓdigia
ꝙ ſigna in r̃a egipti ꝙ ĩ rubro mari:ꝙ ĩ de-
ſerto ãnis q̃draginta.Hic ẽ moyſes q̃ dixit
filijs iſrl̃.Prophetã ſuſcitabit vobis de⁹ de
frib⁹ vr̃is : tanq̃ me⁹ ipm audietis .Hic ẽ q̃
fuit ĩ eccleſia ĩ ſolitudiẽ cũ ãgelo q̃ loq̃bat
ei ĩ mõte ſyna ꝙ cũ ꝓ̃ib⁹ nr̃is:q̃ accepit ver
ba vite dare nobis .Cui noluerũt obedire
ꝓ̃es nr̃i:ſz repulerũt et auerſi ſũt cordib⁹
ſuis ĩ egiptũ:dicẽtes ad aaron. Fac nobis
deos q̃ ꝓcedãt nos . Moyſi ei huic q̃ eduxit
nos de r̃a egipti :neſcimus q̃d fct̃m ſit ei.
Et vitolũ fecerũt ĩ diebus illl̃.ꝙ obtulerũt ho-
ſtiã ſimulacro:et letabant̃ ĩ opib⁹ manuũ
ſuaꝝ.Cõuertit aũ eos de⁹ :ꝙ r̃didit eos ſer-
uire milicie celi:ſicut ſcriptũ ẽ ĩ libro pro-
phetaꝝ.Nũq̃d victimas aut hoſtias obtu-
liſtis mihi ãnis q̃dragĩta ĩ deſerto dom⁹ iſrl̃:
Et ſuſcepiſtis tabernaculuz moloch et ſidus
dei vr̃i remphã .figuras q̃s feciſtis adoraꝛe
eos:ꝙ trãſferã vos trãs babilonez.Taber-
culũ teſtimonij fuit cũ ꝓ̃ib⁹ nr̃is ĩ deſerto ſi-
cut diſpoſuit illl̃ de⁹ loquẽs ad moyſen :vt
faceret illd̃ ſcdm formã quã viderat.Qd̃ et
iduxerũt ſuſcipiẽtes ꝓ̃es nr̃i cũ ihu ĩ poſ-
ſeſſionẽ gentiũ:q̃s expulit de⁹ a facie ꝑ̃m
nr̃oꝝ vſq̃ ĩ diebus dauid.Qui inuenit graciã
añ deũ :et pecijt vt inueniret tabernaculũ deo
iacob .Salomon aũt edificauit illi domũ.
Sz ñ excelſus ĩ manufactis habitat:ſicut
ꝑ ꝑphetam dicit.Celũ mihi ſedes ẽ:r̃a aũt
ſcabellũ pedũ meoꝝ.Quã domũ edificabi-
tis mihi dicit dñs :aut q̃s locus requietionis
mee ẽ :Nõne manus mea facit hec omnia:
Dura ceruice ꝙ ĩcircumſi cordib⁹ et auri-
bus :vos ſemp̃ ſpũiſancto reſtitiſtis :ſicut
ꝓ̃es vr̃i ꝙ vos.Quẽ ꝑphetaꝝ nõ ſunt ꝑſe-
cuti patres veſtri :Et occiderunt eos qui
prenũciabant de aduentu iuſti :cuius vos
nũc proditores et homicide fuiſtis:qui ac-
cepiſtis legem ĩ diſpoſitione angelorum

et nō custodistis. Audientes aūt hec disse-
cabātur cordibꝫ suis: ⁊ stridebant dētibꝫ in
eum. Cū aūt esset plenus spūsancto. intē-
dens in celū vidit gloriā dei: ⁊ ihm stantez
a dextris dei. Et ait. Ecce video celos aper
tos: et filiū homis stātē a dextris virtutis
dei. Exclamātes aūt voce magꝫ cōtinuerūt
aures suas: ⁊ impetuz fecerūt vnanimiter
in eū. Et eicientes eū extra ciuitatē lapida-
bāt: ⁊ testes deposuerūt vestimēta sua secꝰ
pedes adolescentis: q̄ vocabat saulus. Et
lapidabāt stephanū inuocātē ⁊ dicentem.
Dñe ihu suscipe spūm meū. Positis autē
genubꝫ: clamauit voce magꝫ dicens. Dñe:
ne statuas illis hoc peccatū. Et cū hoc di-
xisset: obdormiuit ī dño. Capi. VIII.

Saulus aūt erat psentiēs necī eiꝰ.
Facta est autē in illa die psecutio
magna in ecclia q̄ erat hierosoli-
mis: ⁊ omēs dispersi sūt p regiōes iudee et
samarie pter aplos. Curauerunt autē ste-
phanū viri timorati: ⁊ fecerūt planctum
magnū sup eum. Saulus autē deuastabat
ecclesiā: p domos intrās et trahēs viros ac
mulieres: tradebat in custodiā. Igī q̄ disp
si erāt ptrāsibāt euāgelisantes verbū dei.
Philippus aūt descendens in ciuitatē sama
rie pdicabat illis xpm. Intēdebant autem
turbe hijs q̄ a philippo dicebātur vnanimi
ter audientes: et videntes signa q̄ faciebat.
Multi enī eoꝝ q̄ habebāt spūs immūdos:
clamātes voce magna exiebāt. Multi aūt
paralitici ⁊ claudi curati sunt. Factuz est
ḡ gaudiū magnū in illa ciuitate. Vir autē
quidaz nomine symon qui ante fuerat in
ciuitate magus seducens gentem samarie
dicens se esse aliquem magnū: cui auscul-
tabāt omēs a minimo vsqz ad maximum
dicentes: hic est virtus dei q̄ vocat magꝫ.
Attendebant aūt eū: ꝓter q̄ multo tempe
magicis suis demētasset eos. Cū vero cre-
didissent philippo euangelisanti de regō dei.
in nomine ihu xpi baptizabantur viri ac
mulieres. Tūc symon ⁊ ipe credidit: ⁊ cuz
baptizatus eēt adherebat philippo. Videns
etiā sig̃ et virtutes maximas fieri: stupēs
ammirabatur. Cū autē audissent apli qui
erāt in hierosolimis q̄ recepisset samaria
verbū dei: miserūt ad eos petꝝ ⁊ iohānem.
Qui cū venissent orauerūt p ipsis: vt acci-
perēt spūmsanctū. Nōdū enī ī quēq̄ illoꝝ
venerat: sed baptizati tm̄ erāt in nomine
dñi ihu. Tūc imponebant manꝰ sup illos:
⁊ accipiebāt spūmsanctum. Cū vidisset aūt
symon q̄ p impositiōnem manus apl̄oruz
dareṫ spūssanctus: obtulit eis pecuniā di-
cens. Date ⁊ mihi hāc potestatem: vt cui-
cūq̄ imposuero manus accipiat spūmsan
ctum. Petrus autē dixit ad euz. Pecunia
tua tecū sit in pditiōnem: qm̄ donū dei exi-
stimasti pecunia possideri. Non em̄ tibi ps
neq̄ sors in smone isto. Cor em̄ tuū nō est
rectū corā deo. Penitētiā itaq̄ age ab hac
neq̄cia tua: ⁊ roga deū si forte remittatur
tibi hec cogitatiō cordis tui. In felle enim
amaritudinis ⁊ obligatiōe iniq̄tatis video
te esse. Respōdēs aūt symō dixit. Precamini
vos p me ad dñm: vt nihil veniat sup me
horꝝ q̄ dixistis. Et illi q̄dē testificati ⁊ locu
ti verbū dñi rediebāt hierosolimā: ⁊ mltis
regionibꝫ samaritanoꝝ euangelizabant.
Angelus autē dñi locutus ē ad philippum
dicens. Surge: ⁊ vade cōtra meridianum
ad viā q̄ descēdit ab ihrlm in gazam: hec ē
deserta. Et surgēs abijt. Et ecce vir ethiops
eunuchus potēs cādacis regine ethiopū:
q̄ erat sup omēs gazas eiꝰ venerat adorare
in ihrlm: ⁊ reuertebat sedēs supꝑ currū suū
legensq̄ ysaiam pphetam. Dixit aūt spūs
philippo. Accede: ⁊ adiunge te ad currum
istū. Accurrēs aūt philippus: audiuit euz
legentē ysaiā pphām ⁊ dixit. Putasne ītel
ligis q̄ legis? Qui ait. Et quō possū: si nō
aliq̄s ostenderit mihi? Rogauitq̄ philippū vt
ascēderet: ⁊ sederet secū. Locus aūt scriptu-
re quaz legebat erat hic. Tāq̄ ouis ad oc-
cisionē ductꝰ est: ⁊ sicut agnꝰ corā tōdēte se
obmutescit sine voce: sic nō aperuit os suū.
In humilitate iudicium eius sublatū est.
Generatiōnem eius quis enarrabit? Quo-
niam tolletur de terra vita eius. Respōdēs
aūt eunuchus philippo dixit. Obsecro te.
de q̄ pphēta dicit hoc? De se an de alio ali-
quo? Aperiens autem philippus os suum.
⁊ incipiens a scriptura ista: euangelizauit
illi ihm. Et dum irent p viā: venerunt ad
quandam aquam. Et ait eunuchus. Ecce
aqua. Quis phibet me baptizari: dixit aūt
philippus. Si credis ex toto corde licet. Et
rndēs ait. Credo filiū dei esse ihm xpm. Et
iussit stare currū. Et descēderunt vterq̄ in
aquā philippus et eunuchus: ⁊ baptizauit

eum. Cum autem ascẽdisset de aqua spiritus domini rapuit philippum: et amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in azoto: et pertransiens euangelizabat ciuitatibꝰ cunctis donec veniret cesaream. Capitulum. .IX.

Saulus aũt adhuc spirãs minarũ et cedis in discipulos domini accessit ad principem sacerdotum: et petijt ab eo epistolas ī damascũ ad sỹnagogas: vt si quos ĩuenisset huiꝰ vie viros ac mulieres: vinctos pduceret in ihrl'm. Et cum iter faceret: ꝓtigit vt appinq̃ret damasco. Et subito circũfulsit eũ lux de celo: et cadẽs in terrã audiuit vocez dicentẽ sibi. Saule saule: quid me psequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sum ihus: quẽ tu psequeris. Dux est tibi contra stimulũ calcitrare. Et tremens ac stupens dixit. Dñe. quid me vis facere? Et dñs ad euz. Surge et ingredere ciuitatẽ: et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri aũt illi q̃ comitabantur cum eo stabant stupefacti: audientes q̃dẽ vocem: neminem aũt videntes. Surrexit aũt saulus de terra: apertisq; oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes: introduxerunt damascuz. Et erat ibi trib⁹ diebꝰ non videns: et non mãducauit neq; bibit. Erat autez quidam discipulus damasci nomine ananias. Et dixit ad illũ in visu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad euz. Surge et vade in vicum qui vocatur rectus: et quere in domo iude. saulũ noie tharsensem. Ecce enĩ orat. Et vidit virũ ananiã noie ītroeũtem: et imponentẽ sibi manꝰ vt visum recipiat. Respondit autez ananias. Dñe audiui a mltis de viro hoc: q̃nta mala fecerit sanctis tuis ī ihrl'm. Et hic habet pcatẽ a pncipibꝰ sacerdotũ: alligãdi oẽs q̃ ĩuocãt nomẽ tuũ. Dixit aũt ad eum dñs. Vade: qm̃ vas electõnis ẽ mihi iste: vt portet nomen meũ corã gẽtibꝰ et regibꝰ et filijs isrl'. Ego eĩ ostendã illi: q̃nta oporteat eũ p noie meo pati. Et abijt ananias et ītroiuit ī domũ: et imponẽs ei manꝰ dixit. Saule frr: dñs misit me ihs. q̃ apparuit tibi ī via q̃ veiebas: vt videas et implearis spũsãcto. Et ꝓfestim ceciderũt ab oculis eiꝰ tãq̃ squame: et visum recepit. Et surgẽs baptizatꝰ ẽ: et cum accepisset cibũ confortatus est. Fuit aũt cum discipulis q̃ erant damasci p dies aliquot. Et continuo ingressus in sỹnagogas predicabat ihesum: quoniaz hic est filius dei. Stupebant autẽ oñes qui euz audiebant et dicebant. Nonne hic ẽ q̃ expugnabat in ihrl'm eos q̃ inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc venit: vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotũ. Saul⁹ autẽ mlto magis cõualescebat et confundebat iudeos qui habitabant damasci: affirmãs qm̃ hic est xp̃us. Cũ aũt implerẽt dies multi: consiliũ fecerũt ī vnũ iudei vt euz ītерficerẽt. Notꝫ autem facte sunt saulo insidie eorũ. Custodiebant autez et portas die ac nocte: vt eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli eius nocte p murꝫ dimiserũt euz: submittentes in sporta. Cũ aũt venisset in ihrl'm tẽptabat se iungere discipul': et omnes timebant eum: non credentes q̃ esset discipulus. Barnabas aũt apprehẽsuz illũ duxit ad apl'os: et narrauit illis quomodo in via vidisset dñm et quia locutus est ei: et quõ in damasco fiducialiter egerit ī nomine ihu. Et erat cũ illis intrãs et exiens in ihrl'm: fiducialiter agẽs in noie domini. Loquebatur q̃z gentibꝰ et disputabat cum grecis: illi autẽ q̃rebãt occidere eum. Quod cũ cognouissẽt frres deduxerũt eũ noctꝫ cesareã: et dimiserũt tharsũ. Ecclesia quidẽ p totam iudeam et galileam et samariaz habebat pacẽ: et edificabatur ambulãs in timore dñi: et cõsolatõne sancti spũs replebatur. Factũ est aũt vt petr⁹ dum transiret vniuersos. deueniret ad sanctos q̃ habitabant lidde. Inuenit aũt ibi hoiem quendaz nomine eneam. ab annis octo iacentẽ in grabato: qui erat paraliticus. Et ait illi petrus. Enea: sanet te domin⁹ ihus xp̃us. Surge: et sterne tibi. Et ꝓtinuo surrexit. Et viderũt illũ oñes q̃ habitabant lidde et sarone: qui cõuersi sunt ad dominum. In ioppe aũ fuit q̃dam discipula noie thabita: que interpretata dr dorcas. Hec erat plena opibꝰ bonis et elemosinis: quas faciebat. Factũ ẽ aũ in diebꝰ illꝰ: vt infirmata moreretur. Quã cũ lauissent: posuerũt eã ī cenaculo. Cũ aũt ppe esset lidda ab ioppe: discipuli audiẽtes quia petrus eẽt ī ea duos viros miserũt ad eum: rogantes. ne pigriteris venire vsq; ad nos. Exurgẽs autem

petrus: venit cū illis. Et cū aduenisset duxerūt illū in cenaculū: ⁊ circūstetērunt illū oēs vidue flentes: et ostēdentes ei tunicas et vestes quas faciebat illis dorcas. Eiectis aūt oībus foras. petrus ponēs genua orauit: ⁊ conuersus ad corp' dixit. Tabita surge. At illa aperuit oculos: ⁊ viso petro resedit. Dans aūt illi manū erexit eā: ⁊ cū vocasset sanctos et viduas assignauit eā viuaz. Notū aūt factū ē p vniuersā ioppen. ⁊ crediderūt multi in dño. Factū est autē vt dies multos moraret in ioppe apud sȳmonem quendam coriariū. Capi. X.

Vir autē q̄dam erat in cesarea noīe cornelius cēturio cohortis q̄ dicit̄ ȳtalica. religiosus ac timēs deū cū omni domo sua: faciēs elemosinas mltas plebi: ⁊ deprecans deū semp. Is vidit in visu manifeste quasi hora nona diei angelū dei introeūtē ad se: ⁊ dicentē sibi. Corneli. At ille intuēs eū: timore corrept' dixit. Quis es dñe: Dixit aūt illi. Orones tue ⁊ elemosine tue ascēderūt in memoriā in cōspectu dñi. Et nūc mitte viros in ioppen: ⁊ accersi sȳmonez quendā q̄ cognominat̄ petrus. Hic hospitat̄ apud sȳmonē quendā coriariū. cuius ē domus iuxta mare. Hic dicet tibi: q̄d te oporteat facere. Et cū discessisset angelus q̄ loquebatur illi. vocauit duos domesticos suos ⁊ militem timentez dominū ex hijs qui illi parebāt. Quibus cū narrassz omnia: misit illos in ioppen. Postera aūtē die iter illis facientibus et appropinquantibus ciuitati: ascendit petrus in superiora vt oraret circa horā sextam. Et cum esuriret voluit gustare: parantibus aūt illis cecidit super eum mentis excessus. Et vidit celum apertum: ⁊ descendens vas quoddā velud linthеum magnū q̄tuor inicijs submitti de celo in terrā: in q̄ erant oīa quadrupedia ⁊ serpētia terre: ⁊ volatilia celi. Et facta est vox ad eum. Surge petre: occide ⁊ manduca. Ait aūt petrus. Absit domine: quia nūq̄ māducaui oīe cōmune ⁊ immundū. Et vox iter̄ secūdo ad eū. Que deus purificauit: tu cōmune ne dixeris. Hoc aūt factū ē p ter. Et statim receptū ē vas in celū. Et dū terra se hesitaret petrus quidnā esset visio quā vidisset: ecce viri q̄ missi erāt a cornelio inquirentes domū sȳmonis astiterūt ad ianuā. Et cū vocassent: interroga bant si sȳmon qui cognominatur petrus illic hospitat̄ hospitiuz. Petro aūt cogitāte de visione: dixit spūs ei. Ecce viri tres q̄rūt te. Surge itaq̄ ⁊ descende: et vade cum eis nihil dubitās: quia ego misi illos. Descēdens aūt petrus ad viros dixit. Ecce ego sū quē queritis. Que causa ē p̄ter quā venistis: Qui dixerūt. Cornelius cēturio vir iustus ⁊ timens deū ⁊ testimoniū hns ab vniuersa gēte iudeorum: rūsum accepit ab angelo sancto accersiri te in domū suam: ⁊ audire verba abs te. Introducens g̊ eos recepit hospitō. Seq̄nti aūt die surgēs: pfectus ē cū illis: ⁊ q̄dā ex frībus ab ioppe comitati sūt cū eo: vt petro testes sint. Altera autē die introiuit cesareā: cornelius vero expectabat illos: cōuocatis cognatis suis ⁊ necessarijs suis. Et factū ē cū itroisset petrus: obuius venit ei cornelius: et p̄cidēs ad pedes ei' adorauit. Petrus vero eleuauit eum dicēs. Surge: ⁊ ego ipe hō sū. Et loq̄ns cū illo intrauit: ⁊ inuenit multos q̄ cōuenerant: dixitq̄ ad illos. Vos scitis quō abominatū sit viro iudeo piungi aut accedere ad alienigenā. Sed mihi oīdit de' neminē pmunē aut immūdum dicere hoiem: p̄pter qd̄ sine dubitacōne veni accersitus. Interrogo g̊: quā ob causā accersisti me. Et corneli' ait. A nudiusq̄rta die vsq̄ ad hāc horā orans erā ieiunans. hora nona in domo mea. et ecce vir stetit añ me in veste cādida: ⁊ ait. Corneli exaudita ē oratiō tua: ⁊ elemosine tue cōmemorate sūt in cōspectu dei: mitte g̊ in ioppen ⁊ accersi sȳmonē q̄ cognominat̄ petrus: hic hospitat̄ in domo sȳmonis coriarij iuxta mare. hijs cū venerit loq̄t̄ tibi Cōfestim g̊ misi ad te: ⁊ tu bñfecisti veniēs do ad nos. Nūc g̊ oēs nos ī conspectu tuo assum': audire oīa q̄cūq̄ tibi p̄cepta sūt a dño. Aperiēs aūt petr' os suū dixit. In veritate cōperi q̄ nō ē psonaꝝ acceptor de': sed in oī gēte q̄ timet eū ⁊ operat̄ iusticiā: acceptus ē illi. Verbū misit de' filijs isrl. annuntiās pacē p ihm xp̄m. hic ē oīm dñs. Vos scitis qd̄ factū ē vbū p vniuersā iudeā. Incipiēs enī a galilea post baptismū qd̄ p̄dicauit iohes ihm. a nazareth quō vnxit eū de' spūsancto et vtute: q̄ ptrāsijt bñfaciēdo ⁊ sanando oēs oppressos a dȳabolo: qm̄ de' erat cum illo. Et nos testes sumus omniū que fecit in regione iudeoꝝ ⁊ hierusalem:

quez occiderẽt suspẽdentes in ligno. Hũc deꝰ suscitauit ẽcia die ⁊ dedit eũ manifestũ fieri. nõ oĩ ꝑplo sz testibꝫ ꝓordĩatis a deo: nobis q̃ mãducauimꝰ ⁊ bibimꝰ cuz illo postq̃ resurrexit a mortuis. Et ꝓcepit nobis ꝓdicare ꝑplo ⁊ testificari: qz ipe ẽ q̃ cõstitutꝰ ẽ a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Huic oñes ꝑphete testimoniũ phibẽt. remissionẽ peccatoꝝ accipe ꝑ nomẽ eiꝰ: oẽs q̃ credunt in eum. Adhuc loq̃nte petro ꝝba hec: cecidit spũssanctus sup oñes q̃ audiebãt verbũ. Et obstupuerũt ex circumcisione fideles q̃ venerãt cũ petro: qz et in nacões grã spũssancti effusa ẽ. Audiebãt enĩ illos loq̃ntes linguis: ⁊ magnificãtes deũ. Tũc rñdit petrus. Nũq̃d aquã q̃s phibere pt̃ vt nõ baptizẽtur hij q̃ spũmsanctũ acceperũt sicut et nos: Et iussit eos baptizari in noĩe dñi ihu xpi. Tũc rogauerũt eum: vt maneret apud eos aliq̃t diebꝫ.

Capitulũ .XI.

Audierunt autẽ apostoli ⁊ fratres qui erant in iudea: qñ ⁊ gentes receperunt verbum dei. Cum autem ascendisset petrus hierosolimam: di& scepta bant aduersus illum qui erãt ex circumcisione dicẽtes. Quare introisti ad viros ꝓputiũ habentes: et mãducasti cũ illis: Incipiẽs aũt petrꝰ: exponebat illi ordinẽ dicens. Ego eram in ciuitate ioppe orans. et vidi in excessu mẽtis mee visionem: descendens vas quoddam velut lintheuz magnũ quatuor inicijs submitti de celo: et venit vsq; ad me. In quod intuens considerabã: ⁊ vidi quadrupedia terre ⁊ bestias ⁊ reptilia ⁊ volatilia celi. Audiui aũt ⁊ vocẽ dicẽtez mihi. Surge petre: occide ⁊ manduca. Dixit autẽ. Nequaq̃ dñe: quia commune aut immũdum nũq̃ introiuit in os meũ. Rñdit aũt vox secũdo de celo. Que deꝰ mũdauit: tu ne cõmune dixeris. Hoc aũt factũ est ꝑ ter: ⁊ recepta sunt oñia rursũ in celo. Et ecce viri tres cõfestim astiterũt in domo in qua eram: missi a cesarea ad me. Dixit aũt spũs mihi: vt irẽ cũ illꝰ nihil hesitãs. Venerũt aĩ mecũ ⁊ sex frẽs isti: et ingressi sumꝰ in domũ viri. Narrauit aũt nob quõ vidisset ãgelũ in domo sua stãtẽ: ⁊ dicentẽ sibi. Mitte in ioppen ⁊ accersi symonez q̃ cognominaꝰ petrus: q̃ loq̃ꝰ tibi verba in q̃bus saluus eris tu ⁊ vniuersa domus tua. Cũ aũt cepissez loq̃ cecidit spũssãctus sup eos: sicut ⁊ in nos in inicõ. Recordatus sũ aũt verbi dñi: sicut dicebat. Johannes quidẽ baptizauit aqua: vos autem baptizamini spũsancto. Si g̃ eãdem grãm dedit illis deus sicut ⁊ nobis qui credidimus in dñm ihm xpm. ego quis erã qui possem ꝓhibere deum: His auditis tacuerũt: ⁊ glorificauerũt deum dicentes. Ergo et gẽtib⁹ penitẽciam dedit deus ad vitam. Et illi q̃dem qui dispersi fuerant a tribulacione q̃ facta fuerat sub stephano perambulauerũt vsq; phenicem ⁊ cyprum ⁊ antiochiaz. neminĩ loquẽtes verbũ nisi solis iudeis. Erãt autẽ quidam ex eis viri cyprij ⁊ cyrenei q̃ cũ introissent antiochiam loquebãtur et ad grecos: annunciantes dominũ ihm. Et erat manus dñi cum eis: multusq; numerus credẽtiũ cõuersus est ad dñm. Peruenit aũt sermo ad aures ecclesie q̃ erat hierosolimis sup istis: et miserunt barnaban vsq; ad antiochiã. Qui cuz pueniſſet ⁊ vidisset grãm dei gauisus est. et hortabatur omnes in ꝓposito cordis ꝑmanere in dño: quia erat vir bonus ⁊ plenus spũsancto et fide: et apposita est multa turba domino. Profectus est autez tharsum vt quereret saulũ: quẽ cũ inuenisset ꝓduxit antiochiã. Et annũ totũ conuersati sũt ibi ĩ ecclia: ⁊ docuerũt turbã mltã: ita vt cognmiarẽt ꝓmũ antiochie discipuli xpiani. In hijs aĩ diebus supuenerũt a hierosolimis ꝓphete ãtiochiã: ⁊ surgẽs vnꝰ ex eis noĩe agabꝫ significabat ꝑ spũm famẽ magnã futurã ĩ vniuerso orbe terraꝝ: q̃ facta est sub claudio. Discipli aĩ ꝓut q̃sq; habebat ꝓposuerũt in mĩsterũ mittẽ habitãtibꝫ ĩ iudea frĩbꝫ: qd̃ et fecerũt mittẽtes ad seniores ꝑ manꝰ barnabe ⁊ sauli.

Capitulum. .XII.

Eodem autem tempore misit herodes rex manus: vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobũ frem iohis gladio: videꝫ aĩ q̃ placeret iudeis apposuit apphendere et petrum. Erant autem dies azimoꝝ. Quem cum apphendisset misit in carcerem: tradẽsq; q̃tuor q̃ternionibꝫ milituz ad custodiẽdũ: volens post pascha producere euz poplo. Et petrus quidem seruabatur in carcere: oracõ aũt fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deũ ꝑ eo. Cũ aĩ ꝓductur eũ esset herodes: in ipa nocte erat petrus dormiẽs

inter duos milites vinct⁹ cathenis duabꝫ: ⁊ custodes añ ostiū custodiebāt carcerē. Et ecce angelus dñi astitit: ⁊ lumē refulsit in habitaculo: ꝑcussoq; latere petri excitauit eū dicēs. Surge velociter. Et ceciderūt cathene de manibꝫ ei⁹. Dixit aūt āgelus ad eū. Precingere: ⁊ calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circūda tibi vestimētū tuū: ⁊ seqre me. Et exiens seqbat eū: ⁊ nesciebat (qz vex ē) qđ fiebat p āgelū. Existimabat aūt se visū videre. Trāseūtes autem pmā ⁊ scdam custodiā venerūt ad portam ferream q̄ ducit ad ciuitatē: q̄ vltro apta ē eis. Et exeūtes ꝓcesserūt vicū vnū: ⁊ cōtinuo discessit angel⁹ ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nūc scio vere qz misit dñs angelū suū: ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ de oñi expectacōne plebis iudeox. Considerāsq; venit ad domū marie mris iohis qui cogminatus ē marcus: vbi erāt multi cōgregati ⁊ orātes. Pulsante autem eo ad ostiū ianue ꝓcessit puella ad vidēdū noie rode. Et vt cogūit vocē petri p̄ gaudio nō aperuit ianuā: sed introcurrens nūciauit stare petrū ante ianuam. At illi dixerunt ad eam. Insanis. Illa aūt affirmabat sic se habere. Illi aūt dicebāt. Angelus ei⁹ ē. Petrus aūt perseuerabat pulsans. Cū aūt aperuissēt ostium: viderunt eum ⁊ obstupuerunt. Annuēs autem eis manu vt tacerent narrauit quō dom⁹ eduxisset eū de carcere. Dixitq;. Nūciate iacobo ⁊ fratribꝫ hec. Et egressus abijt ī aliū locū. Facta aūt die erat ñ pua turbatō inē milites: q̄nā factū eēt de petro. Herodes aūt cū requisisset eū ⁊ non inuenissēt. inq̄sitōne facta de custodibꝫ iussit eos duci: descendensq; a iudea in cesareā: ibi cōmoratus ē. Erat aūt iratus tyrijs et sidonijs. At illi vnanimes venerūt ad eū: et ꝑsuaso blasto q̄ erat sup cubiculū regis postulabāt pacē: eoq; alerētur regiones eox ab illo. Statuto autem die herodes vestitus veste regia sedit p tribunali: ⁊ cōcionabatur ad eos. Populus aūt acclamabat dei voces: ⁊ nō homīs. Cōfestim aūt ꝑcussit eū angelus domini eoq; nō dedisset honorem deo: ⁊ consumptus a vermibꝫ expirauit. Verbum autez domini crescebat ⁊ mltiplicabaūt. Barnabas aūt et saulus reuersi sūt a hierosolimis expleto ministerio: assūpto iohanne q̄ cogminat⁹ est marcus.

Capitulum. XIII.

Erāt autem in ecclesia q̄ erat antiochie ꝓphe ⁊ doctores: in qbꝫ barnabas: ⁊ symon q̄ vocabatur niger ⁊ lucius cyrenensis. ⁊ manahen q̄ erat herodis tetrarcha collactane⁹: ⁊ saulus. Ministrātibꝫ aūt illis dño ⁊ ieiunātibꝫ: dixit illi spūssanctus. Segregate mihi saulū ⁊ barnabam in opus ad qđ assūpsi eos. Tūc ieiunātes ⁊ orātes imponentesq; eis man⁹: dimiserūt illos. Et ipi q̄dē missi a spūsācto abierūt selenciā: ⁊ inde nauigauerūt cypx. Et cū venissent salaminā: ꝑdicabant verbum dei in synagogis iudeox. Habebāt aūt et iohannem in ministerio. Et cū pambulassent vniuersam insulā vsq; paphum. inuenerūt quendā vir magū pseudo ꝓphām iudeū cui nomē erat bariehu: qui erat cuz procōsule sergio paulo viro prudente. Hic accersitis barnaba ⁊ paulo: desiderabat audire verbū dei. Resistebat aūt illis elymas magus: sic em̄ interptatur nomē eius: q̄rens auertere proconsulem a fide. Saulus aūt qui et paulus: repletus spūsancto intuēs in eū dixit. O plene oñi dolo ⁊ omni fallacia fili dyaboli. ĩimice oñis iusticie. nō desinis subuertere vias dñi rectas? Et nūc ecce man⁹ dñi sup te: et eris cecus nō videns solem vsq; ad tēpus. Et cōfestim cecidit in eū caligo ⁊ tenebre: ⁊ circuiens q̄rebat qui ei manū daret. Tūc proconsul cuz vidisset factum credidit ammirans sup doctrina domī. Et cum a papho nauigassent paul⁹ ⁊ q̄ cū eo erāt: venerūt ꝓgen pamphilie. Johes aūt discedēs ab eis reuersus ē hierosolimaz. Illi vero ptrāseūtes ꝓgen venerūt antiochiā psidie: ⁊ ingressi synagogam die sabbatox sederūt. Post lectōnē autem legis et ꝓphax: miserūt principes synagoge ad eos dicētes. Viri frēs: siqs est in vobis sermo exhortatōnis ad plebem dicite. Surgens aūt paulus. ⁊ manu silentiū indicēs ait. Viri israelite ⁊ qui timetis deū audite. Deus plebis israhel elegit patres nros ⁊ plebez exaltauit cū essent incole in terra egipti: ⁊ ī brachio excelso eduxit eos ex ea ⁊ p q̄dragita ānox tēp⁹ mores eox sustinuit ī deserto. Et destruēs gētes septē ī tra chanaan sorte distribuit eis terrā eox q̄si post q̄dringētos ⁊ q̄nq̄gīta ānos: ⁊ post hec dedit iudices vsq; ad samuel prophetam. Et

exinde postulauerunt regem: et dedit illis saul filiū cis. vir de tribu beniamin: annis quadragīta. Et amoto illo suscitauit illis dauid regē. cui testimoniū phibens dixit. Inueni dauid filiū iesse virū scōm cor meum: q̄ faciet omnes volūtates meas. Huius de⁹ ex semīe scōm pmissionē eduxit isrl̄ saluatorē ihm: pdicāte iohāne añ faciē aduētus ei⁹ baptismū pnie oi pplo isrl̄. Cū impleret aūt iohes cursū suū dicebat. Quē me arbitrmī eē nō sū ego: sed ecce venit post me: cui⁹ nō sū dign⁹ calciamēta pedū ei⁹ soluē. Viri frēs. filij generis abrahā et q̄ in vobis timēt deū: vobis vbū salutis hui⁹ missum ē. Qui em̄ habitabāt ihrl̄m et pncipes eius hūc ihm ignārātes et voces pphetarū q̄ p omne sabbatū legūt: iudicātes impleuerunt. Et nullā causā mortis inuenientes in eo: pecierūt a pilato vt interficerēt eū. Cūq̄ cōsummassent oīa q̄ de eo scripta erāt: deponentes eū de ligno posuerūt eū in monumēto. Deus aūt suscitauit eū a mortuis tercia die: q̄ visus ē p dies mltos hijs q̄ siml̄ ascēderāt cum eo de galilea in ihrl̄m: q̄ vsq̄nūc sunt testes ei⁹ ad plebē. Et nos vobis ānunciamus eā q̄ ad pres nros repromissio facta est: qm̄ hāc de⁹ adīpleuit filijs vris resuscitās ihm sicut et in psalmo scdo scriptū est. Fili⁹ me⁹ es tu: ego hodie genui te. Quod aūt suscitauit eū a mortuis āpli⁹ iā nō reuersurū in corruptōem: ita dixit. Quia dabo vob sācta dauid fidelia. Ideoq̄ et alias dicit. Nō dabis sanctum tuū videre corruptōnē. Dauid em̄ in sua generatōne cū ammīstrasset volūtati dei: dormiuit et appositus ē ad pres suos: et vidit corruptōnē. Quem vero de⁹ suscitauit nō vidit corruptōnem. Notū igr̄ sit vobis viri frēs: q̄ p hūc vob remissio peccatorū ānūciat ab oībus pctis: q̄bus non potuistis in lege moysi iustificari. In hoc oīs q̄ credit iustificat. Videte g̈ ne supueniat vobis qd dictū ē in pphetis. Videte cōtēptores et ammirami et dispdimini: quia opus operor ego in diebus vris: opus qd nō credatis siqs enarrauerit vobis. Exeūtibus aūt illis: rogabāt vt seqnti sabbato loqrēt sibi verba hec. Cūq̄ dimissa eēt synagoga. secuti sūt mlti iudeorū et colētiū deum aduenarū paulum et barnaban: q̄ loqntes suadebāt eis vt pmanerēt in grā dei. Seqnti vero sabbato pene vniuersa ciuitas conuenit. audire verbū dei. Videntes aūt turbas iudei repleti sunt zelo: et cōtradicebāt hijs que a paulo dicebāt blasphemātes. Tūc cōstanter paulus et barnabas dixerūt. Vob oportebat primū loq̄ verbū dei: sed qm̄ repellitis illud et indignos vos iudicastis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes. Sic enim nobis pcepit dns. Posui te in lucem gētiū vt sis in salutē vsq̄ ad extremū terre. Audientes aūt gētes gauise sūt: et glorificabāt verbū dni: et crediderūt quotquot erāt pordinati ad vitā eternā. Disseminabat aūt verbū dni p vniuersam regionē. Judei aūt cōcitauerūt mulieres religiosas et honestas et primos ciuitatis: et excitauerūt pseutōnem in paulū et barnaban: et eiecerūt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere pedū in eos venerūt yconiū. Discipuli aūt repletur gaudio et spūsancto.

Capi. XIIII.

Actum est autem in yconio vt simul introirent synagogam iudeorum et loquerentur: ita vt crederet iudeorum et grecorum copiosa multitudo. Qui vero increduli fuerunt iudei: suscitauerunt et ad iracundiā concitauerūt aīas gentium aduersus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt fiducialiter agentes in domino: testimoniū perhibente verbo gratie sue: dante signa et prodigia fieri per manus eorum. Diuisa est autem multitudo ciuitatis: et quidam quidem erāt cū iudeis: quidam vero cum apostolis. Cum autem factus esset impetus gentilium et iudeorum cū principib⁹ suis vt contumelijs afficerent et lapidarent eos: intelligentes confugerunt ad ciuitates lycaonie lystras et derben et vniuersam in circuitu regionē: et ibi euangelizantes erant. Et quidā vir lystris infirmus pedib⁹ sedebat claudus ex vtero matris sue: qui nūq̄ ambulauerat. Hic audiuit paulū loqntē. Qui intuit⁹ eum et videns (q̄ fidē haberet vt saluus fieret) dixit magna voce. Surge sup pedes tuos rectus. Et exiliuit: et ambulabat. Turbe aūt cū vidissent qd fecerat paul⁹: leuauerūt vocē suam lycaonice dicētes. Dij similes factī hoīb⁹ descēderūt ad nos. Et vocabant barnabā iouē: paulū vo mercuriū: qm̄ ipe erat dux vbi. Sacerdos q̄q̄ iouis q̄ erat añ ciuitatē thauros et coronas añ ianuas aferēs cū pplis: volebat sacrificare. Quod

vbi audierũt apli barnabas ⁊ paulus con
cissis tunicis suis exilierũt in turbas: cla-
mãtes ⁊ dicẽtes. Viri: quid hec facitis? Et
nos mortales sum⁹ similes vobis homies:
annũciantes vobis ab hijs vanis cõuerti
ad deũ viuũ: qui fecit celũ ⁊ terrã ⁊ mare ⁊
oĩa que in eis sũt: q̃ in ptĕritis generatõ
nib⁹ dimisit oĩes gẽtes ĩgredi vias suas.
Et q̃dẽ nõ sine testimonio semetipsũ reli-
q̃t bñfaciẽs: de celo dãs pluuias et tpa fru
ctifera: implẽs cibo ⁊ leticia corda eor̃. Et
hec dicẽtes vix sedauerũt turbas: ne sibi
ĩmolarẽt. Supueneř aũ q̃dã ab ãtiochia
⁊ yconio iudei: ⁊ psuasis turbis lapidãtes
paulũ traxerũt extra ciuitatẽ: estimãtes eũ
mortuũ ee. Circũdãtib⁹ aũ eum discipulis
surgẽs intuit ĩ ciuitatẽ: ⁊ postera die pfec-
t⁹ est cũ barnaba ĩ derben. Cũq; euãgeli-
zassent ciuitati illi et docuissent mltos: re-
uersi sũt lystrã ⁊ yconiũ ⁊ antiochiã cõfir
mãtes aĩas discipulor̃. exortãtesq; vt per-
manerẽt in fide: ⁊ dicẽtes. qm̃ p mltas tri-
bulatõ̃es oportet nos intrare ĩ regnũ dei. Et
cũ cõstituissẽt illis p singlas eccl̃ias pbi-
teros ⁊ orassent cũ ieiunacõib⁹: cmẽdaue
rũt eos dño in quẽ crediderũt. Trãseũtesq;
pisidiã venerũt ĩ pamphiliam: ⁊ loquentes
vbũ dñi ĩ pgen descẽderũt ĩ ytaliã ⁊ ĩde na
uigauerũt ãtiochiã: vñ erãt traditi gr̃e dei ĩ
op⁹ q̃d cõpleuerũt. Cũ aũ venissent ⁊ cgre
gassent eccl̃iam. retulerũt q̃nta fecisset de⁹
cũ illis: ⁊ qr apuisset gẽtib⁹ ostiũ fidei. Mo
rati sũt aũ tẽp⁹ non modicũ cum discipulis.

Capitulum. .XV.

Et q̃dã descẽdẽtes de iudea docebãt
frẽs: qr nisi circũcidamĩ scm̃ mo-
rem moysi nõ potestis saluari. Fa-
cta g̃ sedit̃one non mĩma paulo ⁊ barnabe
aduersus illos: statuerũt vt ascẽderẽt pau
lus ⁊ barnabas et q̃dã alij ex alijs ad apo-
stolos ⁊ pbiteros ĩ ihrlm: ⁊ sup hac q̃stõe.
Illi g̃ deducti ab ecclesia ptransibant phe-
nicem ⁊ samariam narrãtes conuersat̃oez
gentium: et faciebant gaudium magnum
omnib⁹ fratrib⁹. Cum autem venissent hie
rosolimã susceptι sũt ab ecclesia ⁊ ab apo-
stolis et seniorib⁹: annũciantes q̃nta deus
fecisset cũ illis. Surrexerũt aũt quidã de
hereси pharizeor̃ qui crediderũt dicentes:
quia oportet circumcidi eos: p̃cipe q̃; ser-
uare legẽ moysi. Conuenerũtq; apostoli ⁊
seniores videre de verbo hoc. Cũ aũt mag̃
cõquisitio fieret: surgens petrus dixit ad
eos. Viri fres: vos scitis qm̃ ab antiquis
diebus in vobis elegit deus p os meũ audi-
re gẽtes verbũ euangelij ⁊ credere. Et qui
nouit corda deus. testimoniũ phibuit dãs
illis spũmsanctũ sicut ⁊ nob: ⁊ nihil discre
uit inter nos et illos: fide purificãs corda
eor̃. Nunc g̃ q̃d tẽptatis deũ. imponere iu-
gum sup ceruices discipulor̃: qd neq; nos
neq; pres nri portare potuim⁹? Sed p grãz
dñi ihu credim⁹ saluari quẽadmodũ ⁊ illi.
Tacuit autem oĩis mltitudo: ⁊ audiebant
barnabaz et paulũ narrãtes q̃nta deus fe-
cisset sig̃ ⁊ pdigia ĩ gẽtib⁹ p eos. Et post-
q̃ tacuerũt: rñdit iacob dicẽs. Viri fratres
audite me. Symon narrauit quẽadmodũ
primũ deus visitauit sumere ex gẽtib⁹ plm
nomini suo: ⁊ huic concordãt verba pphe-
tarũ: sicut scriptũ ẽ. Post hec reuertar ⁊ re-
edificabo tabernaculũ dauid qd decidit et
diruta eius reedificabo: ⁊ erigaz illud: vt
requirãt ceteri hoĩm dñm ⁊ omnes gentes
sup q̃s inuocatũ ẽ nomẽ meũ dicit dñs fa
ciens hec. Notum a seculo est domino op⁹
suum. Propter quod ego iudico non inq̃e
tari eos qui ex gentib⁹ conuertũtur ad deũ:
sed scribere ad eos vt abstineant se a cõta-
minatõnib⁹ simulacror̃. et fornicacõne. et
suffocatis ⁊ sanguine. Moyses em̃ a tẽpo-
rib⁹ antiquis habet in singulis ciuitatib⁹
qui eum predicent in synagogis: vbi per
omne sabbatum legitur. Tũc placuit apo
stolis ⁊ seniorib⁹ cũ oĩi eccl̃ia eligẽ viros
ex eis ⁊ mittere antiochiã cũ paulo ⁊ bar-
naba: iudã qui cogmĩabat barsabas et sy-
lam viros pmos ĩ frib⁹: scribẽtes p man⁹
eorum. Apli ⁊ seniores fres: hijs qui sunt
antiochie ⁊ sirie ⁊ cilicie fratrib⁹ ex gẽtib⁹
salutẽ. Quoniã audiuim⁹ qr quidã ex nob
exeũtes turbauerũt vos verbis. euertẽtes
aĩas vr̃as: q̃b nõ mãdaum⁹. placuit nob
collectis ĩ vnũ eligẽ viros et mittẽ ad vos
cũ clarissimis nr̃is barnaba ⁊ paulo: hoĩ-
bus q̃ dediderũt aĩas suas pro noĩe dñi nr̃i
ihu xpi. Misim⁹ g̃ iudã ⁊ sylam: q̃ ⁊ ipi vo
bis vbis referẽt eadẽ. Visũ ẽ ei spũsãcto et
nobis. nihil vlr̃ imponẽ vob⁹ oneris q̃ hec
necria: vt abstieatis vos ab ĩmolatis sila-
cror̃. ⁊ sãguie suffocato. ⁊ fornicatõe: a q̃-
bus custodiẽtes vos bñ agetis. Valete. Illi

ergo dimissi descenderūt ātiochiam: ⁊ congregata multitudie tradiderūt epla. Quā cū legissent: gauisi sūt sup consolacōe. Judas aūt ⁊ sylas ⁊ ipi cū essent pphete ūbo plurimo consolati sūt frēs: et confirmauerūt. Facto autē ibi aliqnto tpe: dimissi sūt cuz pace a frībo ad eos q̄ miserāt illos. Elisū ē aūt sylē ibi remanē: iudas aūt sol⁹ abijt ihrlm. Paul⁹ aūt et barnabas demorabāt ātiochie: docētes ⁊ euāgelizātes cum alijs pluribo ūbū dñi. Post aliqt aūt dies dixit ad barnaban paulus. Reuertētes visitem⁹ frēs p uniuersas ciuitates ī qbo pdicauim⁹ ūbuz dñi: quō se habeāt. Barnabas aūt volebat secū assumere ⁊ iobem: q̄ cogmīabaūt marc⁹. Paulus aūt rogabat eū: vt q̄ discessisset ab eis de pamphilia et nō isset cū eis: ī op⁹ nō debere recipi. Facta ē aūt dissensio. ita vt discederēt abinuicē: ⁊ barnabas qdē assūpto marco nauigaret cyprū. Paul⁹ aūt electo syla pfect⁹ ē: traditus grē dei a frībo. Perābulabat aūt syriā ⁊ cilicią confirmās eccliā pcipiēs custodire pcepta apl'oz et senioz. Peruenit aūt ī derben ⁊ lystraz. Ca. XVI.

